CONC NAZ
PROV. DIOC
162
D
5.
BIB.NAZ.NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT EMANUELE III
162
D
5
NAPOLI

Digitized by Google

CONSTITVTIONES IN SYNODO PAPIENSI

Sub Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſ. Cardinali D. Hippolyto Rubeo tunc Epiſcopo Papienſi editæ, & publicatæ Anno M. D. LXVI.

Cum additionibus, & nouis Conſtitutionibus factis in Synodo Diœceſana Anno currenti M. D. CXII.

Celebrata per Illuſtriſs. & Reuerendiſs.

D. D. IO. BAPTISTAM BILIVM

Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopum Papien. & Comitem, &c.



108
G
28

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

TICINI M. D. CXII.

Ex Typographia Petri Bartoli Impreſſoris Epiſcopalis.

M. R. D. LVDOVICI SOMASCHI I. V. D.

COLLEGIATÆ S. INVENTII PAPIÆ Præpoſiti, & Curiæ Epiſcopalis Aduocati Fiſcalis

SYNODALIS ORATIO

Ab eodem habita Kal. Maij Anno ſecundo ſupra Milleſimum ſexcenteſimum decimum.

FVERAT olim apud priſcos præſtanti prudentia viros ſanctiſſima lege ſancitum (Illuſtriſſime, & Reuerendiſſime Præſul, Patres Religioſiſſimi, Præſtantiſſimi Auditores,) vt grauiora, & periculoſiora negotia maximo cum Sapientum conſilio ſuſciperentur pertractanda. Quam honeſtam, & ſanè diuinam legem cum præſenſiſſet Seuerus Imperator nihil turbulentum, anceps nihil decreuit ſtatuendum, niſi plurimorum Iuriſconſulto-

um, aliorumq; peritorum aſtante, & aſſentiente corona. Hanc pariter cum eſſet amplexus Auguſtus, vir ſolertia, facundiaq́; præter cœteros inſignis, Mœcenatem, & Agrippam ad conſilium non eſt grauatus adhibere. Iulius Cæſar hâc edoctus ſibi Quintum Pædium, & Cornelium Balbum, vti conſilio prudentiores, aſciſcebat. Græcorum etiam, Hebræorum, Romanorum, & omnium ferè gentium idemmet inſtitutum extitit laudabile, vt ſibi conſiliarios in Reipublicæ rebus adminiſtrandis adoptarent: hos enim maiorem auctoritatem ſuis legibus, & decretis adiungere aſſeuerabant, dum conſilio ea cerneret populus firmata ſapientum; quippe qui nouerant, Principes hominum comitatu circumſeptos, qui religione, & prudentia præſtent, quiq́; rerum peritia, ingenij acumine, & virtutis integritate polleant, haud quaquam valere ab ipſo veritatis tramite deuiare. Inde factum, vt ab aliquibus, quibus liberrimi inerat animi candor, Sapientum conſeſſus anima, ratio, & intelligentia Reipublicæ appellaretur, vt proinde ac ſicut corpus ſine anima nomine priuatur hominis nobiliſſimo, ſic remotis conſilijs munia cuncta, cuncta negotia in perniciem fluunt, procliueq́; labuntur. Ideò Policrates dixerat, ſalubriter eum nequire principatum miniſtrare, qui conſilio non vtitur Sapientum, & Ariſtoteles ille Peripateticorum Princeps Regi ſcripſerat Alexandro, conſiliarios diuiniſſimum quid eſſe, quo vtilius, quo præſtantius nil poteſt inueniri. Hoc & ipſi Imperatores ciuilibus in legibus atteſtati ſunt, dum, quæ conſilio geruntur, iure, meritoq́; effectu, & firmitate

niti

niti aſſerebant. Quare nil mirum ſi Sacroſancta Eccleſia intimo quodam Spiritus ſancti ductu commota, ſtatuit, vt Eccleſiarum Prælati cœleſti ſplendore collustrati, quandoq; pro Eccleſiaſticarum rerum regimine prudentiſſimos, & ſapientiſſimos viros, vti conſiliarios, congregarent in vnum, quò, tanquàm fidei duces, ex varijs ſententijs, quas ſinguli in commune conferunt, Catholicam veritatem è medijs controuerſiarum nebulis educere, & ſincera cordis pietate pernitioſis huius ſœculi malis cœleſtem medicinam adhibere, ac prolapſos mores in priſtinum ſtatum obnitantur reſtituere. Hos autem doctiſſimorum virorum conſeſſus in Spiritu Sancto collectos, Concilia, & Synodos eadem appellat ſancta mater Eccleſia, de quibus cum diſſerendi hodierna die Illuſtriſſimus Paſtor noſter mihi prouinciam demandauerit, vnde potiſſimùm exordiar non ſatis compertum habeo, & tanquàm alto Occeano ingenij mei nauiculam cõmittere timeo, ne eius forte oppreſſa fluctibus demergatur. Quis enim eſt, qui tanto ſit ingenij acumine, tanta eloquentia præditus, vt ſatis dignè eorum præconia pro rei maieſtate celebrare poſſit? quæ obſcuris quibuſcumq; ſplendidiſſimo lumine nitorem præſtant, ſordida venuſto fulgore exornant, & ſuis Diuini planè ſplendoris radijs humanæ mentis aciem (vt dixerat Meliſſus) adeo perſtringunt, vt in perſpicua eorum luce, veluti oculus noctuæ ad lucidiſſima ſolis lumina, denſiſſimis in tenebris verſari videatur; huiuſmodi tale eſt portentum, vt ad vnguem nec Liſippus polita manu cudere, nec Appelles docto police linire cognouerit:

uerit:

nerit : tot enim , tanta , tamq; grauia aſſeuerari poſſent Synodorum encomia, quot , quanta , quamq; grauiſſimo , eoq; longiſsimo orationis gyro excelſa de quocumq; enarrare æhenea lingua valeret. In ipſa igitur orationis ſtructura quò me vertam ? libentius equidem lingua ſilentio indulgere deſiderat, quàm verba proferre. Inter ſacrum ergo,& ſaxum ſtans cui me dicabo parti ? recedat ſilentium , ne tanti Præſulis mandata contempſiſſe videar , cui non obtemperaſſe nefas eſſet ſordidiſsimum. Auſim ego huius, & Diuini numinis fretus auxilio, non de Synodorum amplitudine laudis aceruos extruere, ne mihi illud obijciatur, non eſt ſpèciosa laus in rudi oratore; nec ſicco pede illorum ſanctitatem percurrere, ne verſus in pœnitentiam coner clamare, vè mihi quia tacui ; ſed inſignem geographum imitatus,qui totum orbem breui tabella concludere deſiderans , non ſingula [illegible] , ſed vix prouincias figuratè ponit, pauca quæd[illegible], & ea potiora ſummis, quod aiunt, labris attinge[illegible]e. Tu verò Illuſtriſsime Præſul, cuius fulgoris aſpectu Baſilicæ huius, ſiue potius huius Vrbis parietes ornantur, decorantur præſentia, patrocinio defenduntur, Tu, inquam, qui totus es ad laudem, & gloriam natus, hæroicis virtutibus tuis, tuo ſummo, & nitidisſimo eloquentiæ decore, mea labia calculo emunda ignito, vincula rumpe linguæ meæ elinguis, & pauidum hoc pectus in Synodorum laudes anhellans nitore tuæ facundiæ ſubaccende, vt candida oratione, catholicis rationibus, grauiſſimiſq; Patrum ſententijs impoſitum penſum abſoluere poſsim.

Ad

Ad pleniſſimam veritatis agnitionem (vt his exordiar dicendi primordijs) ad bonorum penè labentium morum inſtaurationem, adq; ciues virtutibus cohoneſtandos, è quibus honeſtæ voluntates, ſententiæ, actiones, omniſq; recta proficiſcitur operatio, ſufficeret etiam ſi ſolus Princeps ſuis legibus, & regimine, cum tamen manifeſtum ſit, antiquarum rerum publicarum Reges ea, quæ elegerunt, ad populos pro conſilio referre conſueuiſſe, eoſq; de agendis rebus, & eo magis in gubernandi arte conſiliarios adhibuiſſe (vt noſtræ orationis tetigeramus initio) quippe quos non latebat magnis in rebus, memoriaq; dignis conſilia magis, quàm acta, & euentus ſpectari ſolere, meliuſq; curari ea, quæ cum conſilio geruntur, quàm, quæ ſine conſilio adminiſtrantur, hinc eſt, quod Prothomiſta noſter Illuſtriſſimus ſimul ac Diuiuo numine afflante ad hunc Epiſcopatus apicem fuit aſſumptus, non ſibi diffidens, quaſi nequeat ſolus ad diſcernendum ſufficere, vt inſitum in illorum antiquorum animo ſeruabatur (illius enim adeo eſt excelſa virtus, vt non ſolùm ad huius Cleri, & Vrbis ſalutem, verùm etiam ad totius orbis regimen inuariabiles valeret leges imponere) ſed Sanctorum Patrum ſanctiſſimis monitus documentis, didicerat è quibus non viribus armatorum, vel celeritate legum, ſed Sapientum conſilio, & Principum auctoritate prauos populos prudentes efficere, duos virorum conuentus inſtituit, quibus quidquid apponitur tum Canonici, tum Ciuilis iuris ambiguum, ab ijs enucleatur quamfacilimè, de his aliquid dicendum ſeries optaret incæpta, ni minimus

ego

ego in eorum cœtu connumerarer. Ex horum nume-ro concommitantibus viris, qui fuerint per Illuſtriſſi-mum Paſtorem noſtrum, cum Vrbem, & Diœceſim vi-ſitaret, ſuſcepti labores, & onera, omitto. Omitto quot prauos affectus iſtis conſiliarijs, quaſi Senatus Princi-pi asſiſtens, ſanctis ordinibus Spiritu Sancto duce re-pulerit. Non tamen omittam, præſentem Diœceſa-nam Synodum nunc indixiſſe, in qua leges, edicta, conſtitutiones, & decreta ad huius Cleri, populiq; mores reformandos apprimè neceſſaria, non amplius per ſolùm præfatos virorum conuentus, ſed per vos om nes, Viri Religioſisſimi, quaſi per tot conſiliatios con-firmanda proponentur. Videretur addendum, quàm animo lubenti, & ſincero, facieq; ſerena his annuere debeatjs iucundisſimè, ſed hæc fortaſſe maiorem, ap-tioremq; locum deſiderant, ad ea potius ſermo noſter feſtinet, quæ tanquàm fundamentum noſtræ oratio-nis decreuimus ſtatuenda, Synodorum videlicet enco-mia. Principio autem id firmandum arbitror, vetu-ſtisſimum hunc Concilia, & Synodos celebrandi mo-rem fuiſſe, ab ipſius videlicet vſq; naſcentis Eccleſiæ primordijs, vt Hyeroſolimitano Concilio de ceſſatio-ne legalium patet apertisſimè. Quæ fuerit autem cau ſa potisſima hæc Concilia, & Synodos habendi nec la-tere videtur, quandoquidem D. Pauli Epiſtolis impiè per quoſdam gẽtiles baptizatos anonymos intellectis, hæreſis de ſulphurea piſcina fuit exorta, quam con-gregati in vnum veri Chriſti diſcipuli Petri, Iacobi, Ioannis, & Iudæ fratris Iacobi Catholicis, eiſq; San-cti Pauli ſpiritu intellectis epiſtolis confutarunt: ad

Phiſici

Phiſici enim illius Empedoclis inſtar, qui montis cuiuſdam faucibus occluſis, quæ in campos tabificum afflabant auſtrum, tabem, & pœſtem è regione viſus eſt excluſiſſe, per Sanctorum Conciliorum, & Synodorum quas conſtruxere fœneſtras, morbiferas hœ eſum caligines, hęreticorũ ora noxias afferentia Sanctæ Matri Eccleſiæ perturbationes, pœſtemq́; grauem, & peſſimam, repellere, ſigillare, & demoliri cœperunt, quibus Chriſtianæ, Catholicæq́; religioni noſtræ ſerenitatem, lumen, auram, ſpiritumq́; puriorem impertiuere. Conciliorum namq; quatuor magiſtrales fœneſtras conſtruxere potiſſimas, Concilium nempè Nicœnum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, & Chalcedonenſe, quibus fœdiſſimæ hæreſiarcarum titubantes portæ eradicãtur, & in ignorantiæ nocte ſepultæ mentes colluſtrantur Diuini Spiritus aura. At quoniam hæreſum caligines in dies exoriuntur, purgatiſſimiq́; mores quotidie offenduntur, cumq; iſthæc abhominanda ſcelera Homerici Vliſſis inſtar, vt inferni portas, Sancta execretur eccleſia, ideo ne in huiuſcemodi Catholica Religione quid pœſtiferum, & noxium conſeneſcat, mutare, ampliare, demere, & euertere pro temporum varietate aliorum Conciliorum, & Synodorum circum ductu, aut flexura decretarunt. Quinimò Conciliari Tridentina Synodo iubente, ſacroſanctiſq; Summorũ Patrum decretis ex æterno, atq; immutabili Dei Optimi Maximi fœdere emanatis, ſancitum fuit, vt Epiſcopi, qui Summi Pontificis fratres appellantur, naturæ nempe conformitate, meriti æqualitate, ac ordinis di-

 gnitate,

gnitate, licèt non iuriſdictionis paritate, tamquàm boni paſtores ad gregis ſui ſalutem, ad moderandos mores, emundandos exceſſus, controuerſias ſedandas certis, limitatis, deffinitis, & præſcriptis temporibus Concilia, & Synodos conuocarent, & renouarent. Quare Præſul noſter Vigilantiſſimus ad ea, quæ ſunt præcipua gradus huius munia, totus exardeſcens, ne Cleri, & populi huius Ticinenſis inculpabiles mores temporum iniuria, vel Conſtitutionum antiquitate culpabiles redderentur, neue Clerum, & populum ſibi commiſſum, & apprimè dilectum faſcinaret Diabolus, Ducis illius inſtar, qui, cum ſe Lacedemonem eſſe recordaretur, ſtatim ad dimicandum incitari ſolebat, pio, ac paterno amore Vrbem, & Diœceſim, ſpretis frigore, & æſtu, inchoauit inuiſere, pauperum Monialium cœnobia varijs eleemoſinis ſubleuare, & tandem præſentem Diœceſanam Synodum (omnium laborum ſcopum, & finem potiſſimum) indicere, per quam, tanquam per patentem portam, in noſtrum corda ingrediatur Diuini Spiritus amor. At Sathan cruenta beſtia, cum ex prædictis Conciliorum, & Synodorum rimulis, fœneſtris, & ianuis euidens damnum ſibi intelligeret imminere, totis eſt viribus enixus, vt Sãctiſſimum iſtud deſtrueret inſtitutum, ideo, quaſi eccleſiæ æmula Scimia, malignantium Concilium, ſeu potius Dœmoniacam Synagogam collegit, qua Catholicam fidem nititur euertere, & lucem plurimis errorum tenebris obnubilare, cui illud annuit Dauidicum dictum, Circumdederunt me canes mul-

ti,

ti,Concilium malignantium obſedit me. Hinc eſt, quod quemadmodum ad illuſtrandos in tenebrarum gyro conſepultos intellectus Diuini Spiritus fulgor quatuor à cœli plagis incredibiliter effulſit, ita pariter ad hunc filiorum Iſraëlis commaculandum, eradicandumq; locum, quatuor à venti flaminibus, ab abyſſi aditu, de ore draconis, de ore beſtiæ, & de ore pſeudoprophetæ emerſere immundæ Balaam doctrinæ hæreſeon caligines tenebricoſiſſimæ. Ab Orientali ſiquidem porta effluxit Simon, Menander, Valentinus, & Manes, in quibus cum non eſſet candidæ veritatis matutina lux, paſſi ſunt faſtidioſum tenebrarum carcerem: vitia enim propria Hyppocritarum paliolo tegentes, quæ aliorum erant bona, honores, gloriam, dignitatesq́; ſubripere, & ſibi ipſis conferre conabantur. Efflauit ab Occidentali Priſcillianus, Vigilantius, Petrus Abailardus, de quorum fumo tanta eſt oborta obſcuritas, vt, cum ſpreuerint Catholicam maieſtatem, expulſi ſint cæcę maieſtatis in tenebras. A porta Meridionali Nouatus exceſsit, Donatus euolauit, qui ex putridis inferni lacubus egredientes, in facillimis explicandis à recta veritatis ſemita grauiter oberrarunt, & in difficillimis enodandis ſpinoſis ſenſibus omnia inuoluentes auguſtisſima ſacrarum litterarum myſteria detorſerunt. A porta Septentrionali, ad quam reſpiciens Ezechieles conſpexit abhominationes magnas, grauiores, & pesſimas, prodidit Pelagius, erupit Ioannes Vuicleph, Ioannes Huſs euaſit, & foras ſe dederunt peſtilentiſsimi, & deteſtabiliſsimi Diaboli

boli ſectatores Lutherus, & Caluinus, qui fanaticis ſcriptis, nugis, ambagibus, & ſycophantijs inſenſiora portenta, hęreſesq́; in inferno iam ſepultas, turbulentisſimis concertationibus, opinionumq́; varietatibus apertisſimam afferentibus inſaniam excitarunt. Hæc autem fędisſima Diaboli ſophiſmata, inferni ſemen fętidisſimum quis è Chriſtianorum finibus extirpare, & eradicare valet? ſola Synodorum, ſola Conciliorum determinatio: hæc enim, veluti Apoſtolicum iubar Diaboli tenebris oppoſitum, arcus gloriæ nebulis inferni, & ignis nocti, apparent ſplendidisſima. Hæc Concilia, & Synodi piſcinæ in Eſebon vocari iure poſſunt: etenim piſcinæ Eſebon clarisſimis aquarum riuulis adeo tranquillè ſcatebant, vt populorum multitudo plurimùm delectamenti ex illis perciperet; at ex Concilijs, & Synodis tantus emicat Chriſtianæ diſciplinæ ſplendor Doctiſsimorum Patrum eò concurrentium, multiplices adeò, proceræ, generoſæ, fructibuſq; fæcundæ arbores exiliunt, vt omnes gentes, & nationes vberrimo fructu repleant, eaſq; lætificent. Per ſacras namq; Synodos luxuriæ appetitus frenatur, auaritiæ æſtus reſtringitur, elationis gloria comprimitur, liuoris ſuggeſtio reſcinditur, furor ignis extinguitur, iuditij excelſitate ad Dei penetralia conſcenditur, contemplationis gradibus ad ſumma Religioſus erigitur; fidei inſtructio, morum elegantia, charitatis ardor extollitur; Spiritus manſuetudo, baptiſmi puritas, aliorum Sacramentorum efficatia, Euangelij dulcedo perpetuò concelebrantur,

brantur; per floridas ſcripturarum ſententias, quaſi per Heſperidum voluptuoſiſſimos hortulos diuagantes, earum fructibus depaſcuntur, odoreq; doctrinæ recreantur; & vt vno omnia complectar, Concilia, & Synodi frugifero Carmelo monti aſſimilantur, qui filijs Iſrael copioſos fructus afferebat: huic ſanè monti altiſſimo, pulcherrimo, fœcundo, pingui, herbis odoriferis conſito æquè Conciliorum, & Synodorum amplitudo confertur, cum altitudine myſteriorum, pulchritudine maieſtatis, gratiarum fœcunditate, & ſanctitatis odore vniuerſali, & particulari eccleſiæ ſubueniant. Vt autem huiuſmodi cœtus clariſſimo, ac fœliciſſimo diuini Spiritus fulgore præluceat, & cœleſti confirmatus robore impiam hæreticorum dementiam confutare valeat, ac quid ſit ſuauis, & ingrati odoris ſecernere, duo potiſſimum requirit, decentem videlicet materiam, conuenientemq; formæ rationem, ex quibus duobus Synodus in Spirituſancto legitimè congregata velut corpus vnum conſtituitur. Concilij forma eſt proculdubio Spirituſanctus, qui intimo quodam afflatu à copioſiſſimo Diuinæ Maieſtatis fonte vberrimè emanante ſic congregatos illuſtrat, vt orthodoxas ſanctiones ab erroneis prauitatibus ſegregare optimè queant, vt candidam fidei doctrinam conſpiciant, vtquè tandem eccleſiæ ſaluti, & animarum commodis cordis, & mentis oculos accommodent. Materia Synodorum erit in primis ipſius eccleſiæ caput, deinde mem-

bra:

bra: Ad Synodos enim & Presbiteri, Diaconi, & Subdiaconi, ac alij qui eccleſiaſtica obtinent beneficia, & qui ſe læſos exiſtimant adſiſtere, & intereſſe debent Synodicam expectaturi ſententiam. Hi docere, & doceri tenentur, quæ ſunt ad eccleſiæ, & cæterorum correctionem vtilia. Hi eccleſiaſticas cauſas examinare, & ad iuſtum iuditium perducere deuinciuntur. Hi non metu, non amore, non odio, non ſpe, non alijs priuatis cauſis retardari, ſeu languidiores reddi debent ad proponendum, reſpondendumuè, quod publicæ vtilitati deſeruit, vt potè quod veritas, fides, & libertas ſit propria, & naturalis norma Synodorum, quá dempta, imago potius, quàm veritas Senatuum, & Collegiorum ſupereſſet; Inde circumfertur, olim per Sacros Tridentinos Patres in Synodo, & publicis, priuatiſq; Congregationibus pluries exclamatum fuiſſe, liberè loquendum, libere loquendum. Abſit autem audatia ab iſta in Synodo dicendi libertate, ſed omninò candidè, ſine vlla aſſentatione, cum modeſtia, & charitate, ac bene merendi de alijs propenſa voluntate loquendum, adeo vt quiſq; ad publicæ rei commodum, & dignitatem actiones ſuas præcipuè refferat, & quæ iuſta cognoſcet ea cuſtodiat, quo iuſtum, & religioſum iuditium faciat, attendatq; propter quid, & cauſam potiſſimam, per quam conduntur huiuſmodi decreta: quo enim exactius id intellexerit, eò iuſtiorem, & ſanctiorem de eis proferet ſententiam, illud ſemper Romanæ eloquentiæ ſapientiſſimum dictum præ oculis adferens, cum ea defendere ſolere, quibus

ſimi-

ſimilis exiſtit. His membris caput præſidere debet, quod ſpiritum in ipſis infundat, alioquin vita, & ſpiritu carentia iure optimo cenſerentur. In hoc capite dominium reſidet, huic imperandi ius competit, ab eius voluntate, & nutu omnia pendent, ad eius purgatiſſimum iuditium confugiendum eſt, & illius auctoritati obtemperandum. Illud igitur verum, Sanctumq; Concilium eſſe ſine vlla hæſitatione certum, & perſuaſum habere debemus, in quo nec forma, quæ eſt Spiritusſancti virtus, abeſt, nec apta, & idonea deficit materia, quæ eſt caput vnà cum membris, cuius equidem capitis id oneris eſt, vt diu, noctuq; ſuis membris pabulum præbeat, qualem videmus Illuſtriſſimũ hunc noſtrum Paſtorem, qui nobis dormientibus noſtrum indemnitati peruigilat, quaſi rationes, & calculos pro animabus noſtris redditurus, à quo, tanquam ab vberi, fœcundoq; capite, omnis ſenſus, omnis motus, omniſuè Papiẽſis eccleſiæ coẽdificatio Diuina quadam profluit arte. Quam bonus iſte cuſtos, qui vigilans animo, & in orationibus pernoctans rore hoc vitali è Synodis emanante nos alit, hoſtium inſidios ſagaciter explorat, malignantium præuidet conſilia, depræhendit laqueos, eludit tendiculas, retinacula diſſipat, machinationes deſtruit, & dolos. O fœlicia ter, quaterq; fœlicia membra, quibus Vigilantiſſimum hoc caput noſtrum oculis inuigilat columbinis, quoniam verè, & non falaciter, in ſimplicitate ſpiritus cœleſtis doctrinę cibum ſuper hac Synodali menſa præparat: in ſpiritu namq; magis, quàm in verſutia,

tia, in charitate potius, quàm in caliditate, inſtruit puſillum hunc Domini gregem ſimplici aſpectu, atque contuitu, qui apud omnes plurimùm gratia poteſt, & multùm eccleſiæ ſponſæ decori eſt; iuſta, & ſancta intentione, pura, & ſimplici fide nos cuſtodit, & noui, veteriſq; teſtamenti ſcientia, atq; ſapientia, veluti copioſis prægnantis vberibus lacte affluentibus, nos ſuæ eccleſiæ filios enutrit, & educat. Fœlix verè grex, qui oculis iſtis obſeruatur, Oculo intellectus dextero, qui in cognitione primæ veritatis exacuitur, Oculo effectus ſiniſtro, qui in amore ſummæ bonitatis excitatur, gregem ſuum reſpicit diligentiſſimus Paſtor, ſeduloq; oculis attendit ambobus, ne à Diuinis paſcuis in laſciuiæ, & petulantiæ campos transferatur. Quapropter certo certius habeas Illuſtriſſime Præſul, humilimum huuc gregem, ob tuam quaſi cœleſtem curam, & vigilantiam, amoris flamma erga te adeò eſſe ſuccenſum, & inextinguibili feruoris incendit agitatum, ſtudioq; vehementi, & æſtuantiſſimis deſiderijs attractum, vt ad tuum nutum iu hoc Synodico conſeſſu, & vbiq; continuò ſit paratus, vt amoris tui zelo multorum gregis huius mentes accenſæ, non ſolùm in tui adiutorium remis, velis, & funibus, quæ ſunt ſtudia, orationes, & opera, pro eccleſiaſtica ne fluctuet huiuſcemodi nauicula in ſalutis portum reducenda exardeſcant, verùm & ſi oportuerit glorioſæ mortis ſigillo proprium ſanguinem conſecrare deſiderent.

Quare

Quare tam læto, tamquè fœlici tripudio fauſtus grex Ticinenſis harmoniam perſonat, vt totus ſit in eſtaſim raptus, totus exultet gaudio, totuſq; fundetur in lætitiam, Scipionis illius inſtar, quem Cicero Romanæ eloquentiæ pater, & origo, motuum cœleſtium meditationi addictum, ac illius ſoni ſuauitate illiquefactum adducit interrogantem, quis eſt, qui complet aures noſtras tantus, & tam dulcis ſonus? audit namq; vti cœleſtis muſices perſcrutator Ticinenſis populus, in te temperatum quendam concentum omnium virtutum mellitum cantum, & dulciſſimam ſimphoniá excitantem communis conuenientiæ, pacis, concordiæ, lætitiæq; perfectæ. Tui admiratione totus eſt imbutus in cœlebratam illam Muſarum choream, quæ ad Appolinis imperium perpetuò recinit. Per Appolinem enim quid, niſi te huiusamplæ Diœceſis moderatorem, & rectorem? Et quid per Muſas, niſi vniuerſum hunc tuum gregem debet intelligi? cythara enim canora tuarum eminentiſſimarum virtutum expergefactus quilibet concinno animi motu, atq; altiſſimarum rerum contemplatione choream ita effingit, vt ab ſiniſtris dextrorſum pergat, ac ſi alterum audiret Orpheum Thracium, de quo vaticinantur poëtæ, quod lyrico cantu ſyluas, & ſaxa mouerit, fluminum curſum retinuerit, feras mitiores reddiderit, quoniam agreſtes, & feros homines more ferarum incolentes nemora, & præruptos montes, ac propè flumina vitam duriter agentes, ad ciuilem coëgit vitam, legumdiſciplina manſuefecit, & à ferino victu ad elegantiora vitæ inſtituta traduxit. Certè in te intuemur nos oues

† † † paſcuæ

paſcuæ tuæ hæroicam quandam,ac penè cœleſtem harmoniam, qua, quaſi quibuſdam iniectis ſtimulis, omnes ad virtutes excitamur. Quis enim ſubtiliſſimum tuum contemplatus ingenium, quod ſurſum rectis lineis in ſupernum locum ſubuolat, acutiorem Muſices refferre vocem, quam Supranum appellant, denegabit? Quis abnuet, purum,& integerrimum, ac candidiſſimum tuum animum Alti modulamina præſtare? Quis diſſimulabit, ſingularem illam in animo tuo encyclopediam,hoc eſt virtutum omnium congeriem, Tenoris vices indicare? Quis inficiabitur,ſolidiſſimam tuam charitatem erga nos omnes tuos ſubditos ponderibus ſtrenui amoris libratam,media in tua cordis ſede ſedentem, harmoniæ ſuſtentamentum, quod familiari idiomate Baſſum vocamus,præmonſtrare? O ſuauem, & periucundum in hoc Almo noſtro Paſtore modulum quouis Orphei cantu ſuauiorem. Quapropter, Auditores, nemo tam dureo, tamquè ferreo vigere debet pectore,quin iſtius Præclariſſimi Præſulis ſuauiſſimo modulatu non mulceatur,quin talium non teneatur oblectamentorum affectu, quin media hac Sancta Synodo à malis non reuocetur,ad optima non prouocetùr,quin tandem ipſius exemplo,ac ſtimulo ita ſit in munere ſuo illuſtratus, vt non omnia,quæ ad benè,rectè, ac Chriſtianè gubernandum ſunt neceſſaria, diligenter perpendat, & quod ſatius, potius, vtiliuſuè, ac magis rationi, & æquitati conſonum futurum ſit non deligat, vnde Conſtitutiones, ſanctiones,& decreta in hoc Synodico cætu firmanda apud omnes exiſtimationem, faciliorem q; executionem nanciſcantur. Eia

ergo

ergo, Viri Religioſiſſimi, ab hoc ſplendido, & tamdiu deſiderato è Synodis emicante lumine haudquaquam recedamus, ſed id, quaſi nouum Oriens ſublimibus è cœlorum aureis ſedibus, promptè, & vnanimiter amplectamur: illud enim nobis abſcondita in lucem producit, euangelica claritate mentes noſtras illuſtrat, nos in virtute ſua, ſicut Sol, nobilitatis inſignibus exornat, & velut flamma charitatis feruore exardet; illud in vaſtiſſimo peccatorum pelago, & denſiſsimis imperitiæ tenebris fluctuantibus clariſsimam fidei, & ſcientiæ faculam ita patefacit, vt in ipſum reſpicientes verum viuendi iter arripiant. Sequamur viriliter hunc noſtrum Coryphæum, & Paſtorem, viridum cardinem hunc (quem purpuratum faxit Deus) ne deſeramus, qui cœli grauitatem, hoc eſt, grauiora ampliæ huius Diœceſis onera proprijs humeris, tanquàm alter Atlas, ac veluti telamones, & epyſtilia, cum omnium admiratione, perfert, quiquè hanc Ticinenſem cymbam tantopere fluctuantem maximis, aſsiduisq; laboribus, ad ſalutis portum ſaluam, & incolumem vt perducat, toto pectore contendit. Quod vt hæc omnia Spiritus ſanctus benè fortunet, fauorabiliter annuat, ac auream coronidem peroptati finis imponat, ab ipſo luminum architecto geminatis orationibus, ſupplicibus petitionibus, & feruentiſsimis obſecrationibus ſunt nobis agendi capienda primordia. Dixi.

IO. BAPTISTA BILIVS

Dei, & Apoſtol. Sedis gratia Epiſcopus Ticineñ. Ad Clerum, populumq́; Ticinenſem. S.P.

ASCendite filioli in ſpeculam intelligentiæ veſtræ, & leuãtes vos ſupra uos eminus proſpicite diligenter, quemadmodùm plurimi ſpinis, & vepribus inheſerint, quemadmodùm malitia hominũ ſubcreuerit ſuper terrã, abduxerit multos in fæces, et in profundũ fecerit immergi, quotq; (quod dixiſſe nolumus) in ſortem Domini electos claudicare, & à recto tramite veritatis deuiare cõpulerit; nam tàm eximia, & prope cœleſti conſideratione, omni proculdubio ad illũ, cuius nutibus, & imperio hæc mundi machina mouetur, & paret, vos conuertentes, ad illius mãdata, leges, & decreta inceſſanti deſiderio anhellãtes, noſtra, quæ cũ illis quadam ſunt affinitate cõiuncta, ad amuſſim ſtudebitis obſeruare, illud præoculis habentes, q̃ ſicut formoſa pictura illa eſt, quæ in nulla parte deficit, ſic formoſus homo ille eſt iudicãdus, in quo nulla pars peccato maculatur. Hoc vnũ autem uobis nos potiſſimùm pollicemur, in illis colligendis ſolius Dei Omnipotentis honorẽ, & gloriã mentis, animiq́; noſtri carbaſa, clauũq́; rexiſſe. Horum ante contextum (vt ea omnia bonis auibus cœpta melioribus exirent) oẽs preces noſtras Altiſſimo, à quo bona cuncta procedũt, effudimus: orationibus tandem filiorũ, & fratrum noſtrorũ coadiuuantibus, in huius populi moribus cõmiſtas zizanias, ab illo omnis iniquitatis ſatore ſatas euellere primùm, & exinde eundẽ virtutibus exornare, corpusq́; vt quemq; eccleſiaſticũ decet, cõponere, his, ab illo, cuius poteſtas vbiq́; debet venerari fuimus edocti: conſiderantes autem, q̃ animus gubernatoris debet conuerti priùs ad contẽplãdũ ciuium ingenium, quàm ad eorũdem mores infringendos conferri,

ferri,

ferri, & inſuper quòd, qui prauos populi mores ex improviſo eradicare conatur, rem neq; facilẽ, neq; tutã aggreditur, ſeditiõnesq; ſæpius, & cõmotiones excitat, ad illius inſtar in puteum fortuitò incidentis, q totam aquam conturbat; propterea populũ noſtrum grato ſupercilio, paternisq; monitis primùm, leuibus deinde qbuſdã pœnis, quibus acceſſère magis graues, à uitijs ſeuocare, m iori, qua fieri potuit diligentia, ſtudio, & induſtria leniter, leniterq; curauimus, & ſtuduimus, doctiſſimis Senecæ moniti documentis, cũ peccantibus videlicet non aliter eſſe agendum, q̃ cum membris languentibus, nullũq; ex omnibus clementiam magis, q̃ Regem, aut Prælatũ decère. Sanctiones igitur quaſdã, & decreta diuerſis in temporibus, put eorũdem temporum ætates poſtulare videbantur, qbus vitia quædã prohibebantur, noſtriq; cleri pcipuùm mores non modicũ immutatos conſpicimus, edidimus, & pmulgauimus. At qm per ſacrum œcumenicum Concil. Trident. iubẽtur eccleſiarum Prælati Synodos diœceſanas conuocare, & celebrare, qbus eradicentur abuſus, q plerumq; in animarum perniciem, et Chriſtiani cultus diminutionem exoriuntur; hinc eſt q nos, vt primùm grata ſeſe nobis præbuit occaſio, huiuſmodi Synodum perficiendã curauimus, q̃ Dei gratia, & benignitate eſt abſoluta feliciter. Quia verò per Illuſtriſſ. fel. record. Card. Hippolytũ Rubeum prædeceſſorem noſtrũ in ſua Synodo Cõſtitutiones quædam Synodales editæ fuere, in quibus nihil, vel minimũm prorsùs videtur deſiderari, eaſdem nos ideò confirmãdas cenſuimus, prout cõfirmauimus, pſentiumq; tenore munimus, et roboramus, illisq; q̃ opportuna videbantur, adijcienda, & q̃ obſcura, explananda curauimus: at q etiã temporũ varietate diuerſi excitantur abuſus (facillimũ enim eſt aliàs aliter defluentẽ fortunã, diuerſis ſuccedentibus temporibus, aliter etiã deflecti,) & pœnarũ leuitate decreta plerunq; negliguntur; ideò & nouas Conſtitutiones ex ſa

cra

cra pagina, & canonicis inſtitutis collectas edere, et antiquas exponere, & eiſdē grauiores pœnas ſuper imponere cenſuimus; fecimus etiā hoc potiſſimùm, tùm vt pedetentim clerus, populusq; noſter ab inſano vitiorū ſtudio, à fœda crapula, & ebrietatibus, à turpibus luſtris, & amoribus animum euocet, tùm potiùs quò ad virtutes eundē incitaremus, vel certe eò intentum confirmaremus: ſi enim Ticinenſis clerus, populusq; ſuā animi magnitudinē, pclara ingenia, dotesq; excellentes virtutibus, ſanctisq; moribus exornauerit, quid eſſe hoc poterit nitidius, quid beatius? nihil ſanè; eò igitur ſpectauimus, hoc propoſitum noſtrum vnicum fuit. Ne tandem opus noſtrum p nos tāta ſollicitudine elaboratum irritum eſſet, et permaneret, neue iacta ſemina, quaſi neglecta, marceſcerent, ſed potius vt prōpta fructus ſuos in annos adaugeant, praeſētes cōſtitutiones collectas quāta cum breuitate fieri potuit, imprimēdas decreuimus. Hortamur igitur oēs in domino, & ordinaria, qua fungimur, authoritate praecipimus, et mādamus eas inuiolabiliter p oēs & ſingulos noſtrae iuriſdictionis, vtriusq; ſexus Chriſtifideles obſeruari in ſtatui, cōditioniq; quorumlibet ſpectantibus, & inſuper monemus, hortamur, & quatenus ēt expediat pariter pcipimus qbuslibet animarū curā gerentibus ī ſpecie et exinde reliquis de clero, ut uerſent diù onus humeris impoſitū, currētq; paſtores oues ſibi cōmiſſas cuſtodire, et opportunè curare, aliter enim ſi illorū incuria oues ſepta relinquētes aberrauerint, uel (q Deus auertat) cacodęmonis pda miſerabilis effectae perierint, ſanguis illorū in extremo iuditij die de manibus eorū exquiretur; et ne labor vos detineat, ſpes mercedis Regni cœleſtis, quā vobis Deus noſter retribuet benigniſſimus, & miſericors uos extollat, & inflammet. Itaq; valete in Domino cariſſimi, fratres, & filij deſideratiſſimi.

HIPPO-

HIPPOLYTVS DE RVBEIS
Dei & Apoſtolicę ſedis gratia Epiſcopus Papienſis, & Comes &c.

Venerabilibus dilectis noſtris, Præpoſitis, Archipresbyteris, Canonicis, Capellanis, & vniuerſo Clero noſtro Ticinenſi, ſalutem in Domino.

CHRISTI MILITANS Eccleſia tanquam nauis in medijs fluctibus conſtituta, & procellis ſæpe vexata, nullo certiori remedio ſe tutari conſueuit, nulloq; firmiore præſidio ſe munire, quàm ad œcumenica & generalia Concilia confugiendo, quibus in tempeſtate vtitur non ſecus atque nautæ anchoram ſacram ſolent in vltima rerum deſperatione iactare. Chriſtus autem humaniſſimus ac prudentiſſimus huiuſce nauiculæ adminiſtrator ac rector (& ſi aliquando dormire videatur) nunquam tamen Eccleſiam ſponſam ſuam dilectiſſimam deſerit. Promiſit enim ſe fore nobiſcum vſq; ad conſumationem ſeculi, neq; fore vnquam, vt Petri fides deficiat, idq; merito orationis ipſius Chriſti, qui pro ipſa Petri fide aßerit ſe in ſpecie oraſſe, cuius preces ſemper à patre exaudiuntur, cum illius intuitu, amore, & meritis ampliſſimis clementiſſimus Deus ſua munera ſoleat in vniuerſum mortalium genus effundere. Apoſtoli ergo à Chriſto edocti dubijs in rebus ſtatim initio eccleſiæ naſcentis hoc ſaluberrimo remedio conciliorum vſi ſunt, quibus ita certi erant aſſiſtere Deum præſentia ſua, vt veriti non fuerint dicere, viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis. Non multo poſt Apoſtolorum tempora patres noſtri, cum viderent multas hæreſes irrupiſſe in eccleſiam; & Chriſti tunicam inconſutilem ſeditionibus, ac ſchiſmatibus ſcindi, ad ſedandos tumultus exortos, retundendam hereticorum audaciam, atque confirmandam & perpetuò ſtabiliendam catholicam ac orthodoxam doctrinam de fide Chriſtiana, Concilia aliquot conuocarunt, vt Nicenum, Epheſinum, Chalcedonenſe, Conſtantinopolitanum, & pleraq; alia, quibus ſemper & doctrina ſana tradita fuit, & opportuna remedia ſarciendis moribus collapſis demonſtrata. Verum quia ita humanæ res ſunt comparatæ, vt continuis mutationibus ſubiaceant, & propterea aduerſus emergentes morbos inuſitatos, noua ſit neceſſe parari antidota, cum noſtra memoria Chriſti nauicula tantis hæreſibus impetita fuerit, & exagitata vt nunquam antea maioribus, cumq; cleri & totius Chriſtianæ Reipu. mores ita deprauati eſſent, vt Chriſtianas res in maximo diſcrimine verſari eſſet manifeſtum, omnes ad Concilium Generale reſpiciebant, idque efflagitabant tanquam vnicum remedium rebus adeò afflictis, ac propè deperditis. Quod tandem Dei Opt. Max. benignitate, & aliquot Romanorum Pontificum auctoritate multis in locis indictum, & conuocatum fuit, & denique maxima omnium bene de Chriſtianis rebus ſentientium lætitia Tridenti perfectum, cui nos quoque interfuimus

cum

cum plurimis totius penè Chriſtiani orbis digniſſimis Prælatis. Quo in concilio ſane frequentiſſimo nihil omiſſum est, quod neceſſarium ſit vel ad conuincendas hæreſes noſtrorum temporum, vel ad inſtaurandos fidelium mores. Cum igitur neceſſe ſit, vt quod ab vniuerſis ſtatu um eſt in genere pro totius Reipu. Chriſtianæ conſeruando ſtatu in ſpecie ſingulis vrbibus, & locis applicetur. Nos ſolliciti de gregis nobis commiſſi ſalute atque bono progreſſu Ticinenſis Populi. dedimus operam, vt cum primum licuit, Synodus Diœceſana congregaretur in hac Ticinenſi vrbe, qua in Synodo cum inter cætera publicanda ſint decreta in ſacro Tridentino Concilio edita (licet dubium non ſit ea vim, & auctoritatem à die confirmationis Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ recepiſſe) viſum tamen & nobis eſt pro fœlici ſtatu cleri noſtri, & totius Populi Papienſis, Conſtitutiones præſentes edere maximè conformes antiquis ſacris Canonibus & nouiſſimis decretis præfati Concily Tridentini. Quod quidem fuit admodum neceſſarium, non ſolum quia alia tempora diuerſis egent remedÿs, ſed etiam quia Conſtitutiones antiquæ Papienſes minus videbantur noſtris temporibus oppoſitæ, & iam ad tantam paucitatem redactæ erant, vt vix duo aut ad ſummũ tria earum exemplaria in vrbe reperirentur. Cupimus igitur haſce noſtras Conſtitutiones ita allacriter & prompto animo ab omnibus ſuſcipi, & diligenter obſeruari, vt nos neceſſario eas edimus, & votis omnibus optamus ſalutem, proſperum, ac pacatum ſtatum totius Reipu. Ticinenſis. Valete. Papiæ Decimo quinto Die Menſis Nouembris. M. D. LXVI.

CONSTITVTIONVM
In Synodo Papienſi

Sub Illuſtriß. & Reuerendiß. Cardinali D. Hippolyto Rubeo Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia tũc Epiſcopo Papienſi, & Comite editarum, & publicatarum.

Cum additionibus, & nouis Conſtitutionibus factis in Synodo Diœceſana anno currenti celebrata per Illuſtriſs. & Reuerendiſs.

D. D. IOANNEM BAPTISTAM BILIVM Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſc. Papien. &c.

PARS PRIMA.

Scopus, & finis Clericalis Profeſſionis. Cap. I.

ETSI Chriſtiani omnes vigore ſuſcepti ſacri Baptiſmatis, & profeſſionis in eo factæ ad piè, iuſtè, & ſanctè viuendum tenentur, quemadmodũ Diuinus Paulus exertiſſimè proteſtatur, omnes, qui in Chri- Col. 1.
ſto baptizati ſunt, debere mortificare membra ſua, quæ ſunt ſuper terram, Fornicationem, Immunditiá, Libidinem, Concupiſcentiam malam, & Auaritiam, quæ eſt ſimulachrorum ſeruitus, nec ſibi ipſis viuere,

Rom. ſed Chriſto, quem in Baptiſmo induerunt. Clerici ta-
Gal. 3. men ad arctionem quandam vitæ ſanctimoniam obli-
gati ſunt, ad quam & ſua ipſorũ electione ſe obſtrin-
xerunt, & gradus ſublimitas, nec non profeſſio, quam
exercent, eos vocat. Etenim ſi vel nominis ſui Clerici
memores eſſe velint intelligent profecto quantum ſan-
ctitatis ab eis exigatur. Cleros enim græcè (vndè Cle-
ricorum nomen fluxit) latinè ſortem, ſiue hæredita-
Hier. ad tem ſignificat. Clerici igitur vocantur, quòd Domi-
Nepo. ni ſors ſint, ſiue quòd Dominus eorum ſors, & hære-
ditas eſſe debeat. Non igitur terram, vel vile quid Cle-
rici ſpectare, & ſibi proponere debent, quibus Cœlũ,
& bona, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec
Eſa. 64. in cor hominis aſcenderunt, ſunt præparata, ſed ſum-
1. Cor. 2. mo ſtudio inuigilare, vt verè Domini ſors & eſſe, &
dici poſſint, & Dominum poſſidere, ac ab ipſo poſſi-
deri, & omni ope niti, nè tanto Regi, cuius miniſte-
rijs ſunt addicti, diſpliceant, ſed conuerſantes inter
alios, ſicuti decet Dei miniſtros, & glorificantes ſan-
ctiſſimum Dei & ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti nomen,
meritò poſſint ab eo expectare incorruptam æternæ
gloriæ hæreditatem fidelibus clericis, & ſolicitis Dei
miniſtris certiſſimè promiſſam. Non igitur tam glo-
rientur clerici ſuo ſublimi gradu, quem inter cæteros
Chriſtianos tenent, neq; tantum gaudeant prærroga-
tiuis, & priuilegijs, quibus diuinis, & humanis ſan-
ctionibus ſunt honeſtati, quàm timeant, ne hæc ho-
noris præſtantia, grauioris damnationis illis cauſa fiat,
quod ijs clericis accidet, qui indignè ſua profeſſione
vixerint. Debebit igitur quilibet clericus inprimis
eniti,

eniti, vt cor ſuum omnium bonarum, & malarum actionum fontem & principium quàm maxime promptum, ac paratum habeat obſeruandis diuinis præceptis. Qui enim bene, ac, quà conuenit charitate non fuerit affectus erga Deum & religionem, ſciat fruſtra ſibi ſcriptas has conſtitutiones, & ſe operam perdere, dum circa cultum, & cæremonias tantùm exteriores ſe occupat, niſi ad ſaniorem mentem aliquando redeat. Neque enim poteſt arbor mala bonos fructus facere. Et non ſolum non percipiet hæreditatem æternæ, & glorioſæ vitæ cum bonis, ſed pars illi cum hypocritis erit præparata, quia non ſincere, nec quà decebat pietate, ſed potius timore, aut alijs humanis affectibus tantùm diuinas leges obſeruat. Primum itaq; clericorum ſtudium eſto, vt, quod intus eſt, mundent, & eorum oculus ſit ſimplex, quò totum corpus ſit lucidum, ne ſimiles ſint phariſæorum, qui, quod foris erat, tantùm mundabant. Deinde verò dent operam, vt exteriori ipſorum conuerſatione, ſermone, habitu, inceſſu, vita deniq; tota Chriſti bonus odor ſint in ædificationem & vitam fidelium. Sint lux mundi, ſal terræ, & tanquam ſpeculum, vnde reliqui fideles iuſtæ, ac integræ vitæ exempla ſumant.

Mat. 7. Math. 24 Math. 6 Math. 23 2. Cor. 2. Matth. 5

De Tonſura, ſeu clerica. *Cap. II.*

PRæcipuum clerici inſigne ſemper exiſtimata fuit tonſura, ita vt à clericis denominata fuerit clerica, quaſi quòd ab ijs ſolis ſoleat, & debeat geſtari, quò à reliquo populo diſcreti videantur, ita vt clericus ſine

tonſura incedens meritò æquiuocè tantum clericus dici poſſit (vt homines pictura æquiuocè aliquando dicitur homo.) neq; clericalibus priuilegijs dignus videatur. Cum verò nullius artis profeſſores pudeat artis ſuæ inſignia geſtare, & pro talibus agnoſci, fit tamen præpoſtero admodum iudicio, vt nonnulli clerici

Greg. dedignentur pro Chriſti miniſtris agnoſci, cui ſeruire regnare eſt, & tonſuram geſtare, qua maxime gaudere

1.Pet. 2. deberent. Cum hæc corona ſignum ſit dignitatis re-

Capit. duo ſunt 12. c. 1. giæ in clericis. Ideò Petrus non veretur ſacerdotes appellare reges. Mandamus igitur, vt omnes clerici ciuitatis & diœceſis noſtræ Ticinenſis aſſiduè coronam geſtent viſibilem, & congruentem eorum gradui nempe vt ſacerdotes maiorem ad quantitatem hoſtiæ magnæ, inferiorum verò ordinum clerici minorem ad formam ſaltem hoſtiæ paruæ habeant, vt non ſolùm pro clericis agnoſcantur, & honorentur, ſed etiam, vt aſſidue debiti ſui, & ſignificati admoneantur. Cur enim illis vertex abraditur, niſi vt ſciant, clericorum animum ab omnibus terrenis cupiditatibus longè ſemotum eſſe oportere? Et his, quæ ad Deum pertinent perpetuò intentum? qui verò clerici poſt hac abſque debita tonſura reperientur, grauiter a nobis, ſeu Vicario noſtro punientur pro delicti, perſonæ, loci, & temporis qualitate.

ADDITIO AD CAP. 2.

¶ *Sicut in omni Priſcorum vita fuit perboneſtum iudicatum, vt quis ſuæ malitiæ, ſuæ profeſſionis, ac dignitatis decoraretur inſignibus; ità Sapientis Eccleſiæ decreto, quæ nihil inſcitè decernit, præclara ordinata fuerunt inſignia, quibus orna-*

tos

tos eſſe voluit milites ſuos, & inter alia clericali corona in capite; qua ratione ſuprascripta Synodica conſtitutione ſancitum fuit, quoslibet clericos deferre debere tonſuram; Quos monendos iudicauimus, quod ſi clericali corona in capite continuo non refulſerint, non ſolùm noſtræ correctioni ſuppoſiti, vt iam noſtro edicto aliàs ſtatuimus die 19. Maij anni 1609. verùm, & mortali peccato ſubiecti remanebunt. Studeant igitur hoc ſigno militiæ cœleſtis ſtatus quorumlibet decenti vbique prodire.

De Barba, vel coma non nutrienda. Cap. III.

PAulus gentium Doctor non permittit mulieres habere tortos crines, & Petrus Apoſtolorũ princeps de fœminis ſcribens ait, quarum non ſit extrinſecus capillatura, aut circundatio auri. Si grauiſſimi hi Apoſtoli non ferebant in fœminis ſexus infirmioris nimium ſtudium ornandi capitis, facilè poterit cognoſci, quantopere ſit vituperanda in clericis tanto gradu ſublimioribus mollicies in ornando capite, vel nutrienda barba. Caueant igitur clerici, ne barbam nimis prolixam geſtent, neue eam, aut capillos calamiſtro cincinnſue exornent, aut odoriferis aquis, vel alijs aromaticis rebus delibutam habeant, aut aliàs nutriant, quod ſæpe etiam concilijs generalibus eſt vetitum, quibus nos inhærentes omnibus ſacerdotibus & maximè frequenter celebrantibus mandamus, vt mystaches (quos appellant) ideſt ſuperioris labri pilos fræquenter incidant, & ſemper labia expedita habeant, ne in ſusceptione ſacramenti vel Euchariſtia pilis tangatur, vel aliqua ſãguinis gutta effundatur, vel barbæ pilis admiſceatur.

1. Tim. 2. 1. Pet. 3.

Cap. clericus, & cap. clerici de vita, & honeſt. cle.

AD-

ADDITIO AD CAP. III.

¶ *Nihil quidem à diuinis decretis magis eſt alienum, quàm in dedecus Eccleſiaſticæ dignitatis, clericos figmentis anilibus, puerilibus, fœmineis, ac fabuloſis ſemetipſos deludere, prout audiuimus nonnullos ità clericalis dignitatis effectos fuiſſe immemores, vt inhoneſtum non exiſtimauerint puerilibus, mulieribuſq; ritibus, & inſignibus ſtatus clericali minùs aptis in publicum etiam ſe tradere; Proinde, vt hæc impura ſigna prorſus à perſonis Eccleſiaſticis remouerentur, coacti fuimus aduerſus ſupradictæ Conſtitutionis cõtemptores promulgare ædictum ſub die 16. Maij 1609. quod hoc noſtro Decreto innouamus, declarantes, Nos irremiſſibiliter contrà non obſeruantes Conſtitutionem prædictam, & ædictum noſtrum pœnas in eo comminatas eſſe executuros.*

Quod clerici arma non portent. Cap. IV.

2. Cor. 10. CVm clerici Deo militare debeant, neq; ſimul Deo, & ſeculo ſeruire poſſint, ſciant clerici ſibi vetitũ vti armis militaribus Arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia (dicebat Paulus) ſed ſpiritualia potentia Deo. 23. qu. 8. ca. cõuenior. Et in ſacris canonibus habetur, arma clericorum eſſe lachrimas, & orationes. His armis nequaquam eſt prohibitum vti, immo ex animo cupimus, clericos noſtros his armis inſtructos aſſiduè pugnare pro ſua, Patriæ, & totius chriſtianæ Reipublicæ ſalute. His armis maximè tuti erimus, His armis cùm vteretur Exo. 17. Moiſes, populus Iſraeliticus duce Ioſue ſuperabat Amalachytas, vt ſciamus, Chriſtianorum rem, & imperiũ magis ardentibus piorum precibus, quàm armorum

vi creuiſſe, atque propagatum fuiſſe. His armis idem Moiſes plagas Egypti ſedauit, vt intelligamus, orationibus maxime mala auerti. Prohibemus igitur clericis, ne alicuius generis arma portent, neq; defenſiua, neq; offenſiua. Permittimus tantùm, vt in itinere, & per loca periculoſa pro ipſorum defenſione enſem deferre poſſint paulò tamen ordinario breuiorem, ita vt omnino à ſeculari gladio differat & breuitate, & ornatu, & ſimpliciorem. Quòd ſi qui cum ſclopetis haſtis, arcu, aut alijs armis prohibitis fuerint reperti, præter armorum amiſſionem, penæ carceris, & alijs etiam grauioribus pœnis ſubijcientur pro delicti, & perſonæ qualitate.

ADDITIO AD CAP. IIII.

¶ Tantum abhorrent ſacri Canones in Clericos geſtationem armorum præcipuè prohibitorum, vt contra ea deferentes comminati fuerint peccatum mortale non ſolum, verùm & excommunicationem, ac etiam depoſitionem. Nil idò mirum ſi nos noſtris edictis diei 16. Maij, & 22. Auguſti 1609. eas pœnas adiecerimus, quibus viſum fuit, faciliori via poſſe clericos ab armorum delatione deuiare. Illis igitur pœnis pro certo habeant clerici, Nos in delinquentes ſeuerè eſſe animaduerſuros, & maximè contrà ferentes ſclopos rotatos cuiuſcunq; menſuræ. In itineribus autem, & locis periculoſis admittimus, poſſe clericos pro eorum defenſione deferre arma permiſſa, ac iuxtà menſuram approbatam per Conſtitutionem Illuſtriſſ. Cardinalis Rubei ſecundo loco editam verſiculo. Item cum aliàs conceſſerimus.

De

De non eundo de nocte. Cap. V.

EAdem quoq; ſeueritate in eos animaduertetur, qui de nocte auſi fuerint vagari, quo maximè tempore clericos orationibus intentos eſſe oporteret, & ſtudijs, exemplo prophetę, qui media nocte ſurgebat ad Pſal. 118 confitendum Domino. Prohibemus quoq; clericis noſtris, nè cum inſtrumentis muſicis matinatas (vt aiunt) faciant, vel omninò his, aut alijs laſciuis cantionibus, chorçis, vel comœdijs, aut tumultuoſis ſecularium conuiuijs, alijsq; prophanis ſpectaculis die, vel noctu interſint, & in ſumma ſciant clerici, ſibi interdictum omne genus luxus.

ADDITIO AD CAP. V.

¶ *Et ſi per hanc Conſtitutionem Illuſtriß. Cardinalis ſanctè decretum fuerit, ne Clerici comœdijs, choreis, alijſq; prophanis ſpectaculis intereſſe audeant, cum tamen hac à nonnullis clericis, ità negligi viderentur, ac ſi nulla prohibitio hos impediret, ne iuxtà eorum animum tàm rebus humanis addictum poſſint liberè, & impunè his ſe immiſcere; Ideò decreuimus grauitatem rei demonſtrare, ac quædam alia iuxta temporum qualitatem, & hominum conditionem nouiter ſtatuere. Cum igitur vana ſpectacula nihil boni animæ conferant, imò ſint vt plurimum malæ cupidinis inductio, fornicationis, & luxuriæ meditatio, intemperantiæ ſchola, turpitudinis exhortatio, ac tandem Babilonica fornax. Ideo ſanctorum Canonum veſtigijs inhærendo prohibemus omnino illa ſpectacula, quibus impudica, & inhoneſta populo exhibentur, ac non ſolùm iſta repræſentantes, verùm etiam auditores, & ſpectatores monemus iure Diuino,*

& ha-

& humano damnari, mortaliq. peccato ſubiacere: eis enim quiſquis malus ierit, redibit peſſimus, & boni, quibus illud iter ignotum eſt, ſi caſu aliquo ignari adeant, contagio non carebunt. Spectacula autem illa, quibus ſiue per hiſtriones, ſiue prodeuntes in ſcænam, ſiue per circulatores, ſiue per quaſuis alias perſonas, honeſta populo repræſentantur, ac recitantur, optaremus etiam intermitti diebus feſtis, qui adeò ſunt hymnis, & laudibus animo, corporeq; cuſtodiendi, vt oculi, manuſq; noſtræ totis illis diebus deberent eſſe ad Deum expanſæ. Quo verò tempore Doctrina Chriſtiana docetur, & Diuina cœlebrantur, talia ſpecula prædicto tempore publicè, ac in quibuſuis vijs, & vicis ijſdem feſtis diebus interdicimus, & prohibemus omninò, prout & choreas ducere non ſolùm in vrbe, ſed etiam per diœceſim, ac laruas facere precipuè tempore Carnis priuij, vt etiàm aliàs prohibuimus noſtro edicto ſub die 26. Octobris 1610. decet namq; populum tali hora orationi vacare, & pias ad Deum pro remiſſione peccatorum preces effundere, ac iucundum cum eo eloquium habere. Diebus item Veneris inhibemus etiam talia ſpectacula, comædias, choræas, & laruas fieri, ſicut & circulatores vetamus in publicum prodire. Minus etiam volumus ſpectacula aliqua, aut ludos fieri cuiuſuis generis ante eccleſias, aut circa Monaſteria Monialium. Et ſupradicta omnia ſeruari volumus ab omnibus ſub pœna interdicti ipſo iure, & facto incurrenda per quemcumq; contrauenientem. Clericis autem quibuſcunq; diſtrictè præcipimus, ne talibus ſpectaculis, comædijs, choreis, circulatoribus, aut quid ſimilibus quolibet tempore, & quouis loco, & maximè in publicis vijs, & plateis interſint: ipſi enim ſicut ſunt applicati Diuinis cultibus, & familiares dicuntur Domini Saluatoris, ità moribus, & conuerſatione ab his mundanis ſpectaculis debent eſſe ſegregati, vt laicis, quos in-

tegritate vitæ ædificare debent, non ſint ſcandali, & mal exempli. Si qui verò ita clericalis honeſtatis erunt immemores, vt prædictis adſiſtere fuerint auſi, ſciant in ipſos grauiter iuxtà qualitatem perſonarum nos eſſe animaduerſuros. Et quia certis in locis huius Diœceſis inoleuit abuſus ducendi, & faciendi choreas, & certa alia ſpectacula, vt ponendo ad haſtam pileos cæreos, & ſimilia aut alterius generis ſpectacula nomine alicuius Eccleſiæ, & præcipuè in die, quo currit Sanctus Titularis illius eccleſiæ, aut oppidi, ideo hos abuſus prohibemus, & vetamus omnino ſub pœna Sacerdotibus, & Parochis intereſſẽtibus, aut cõſentientibus nobis arbitraria, & laicis pariter intereſſentibus, & cõſentientibus ſub pœna interdicti ipſo iure, & facto incurrenda.

De Clericorum veſtitu, & ornatu. Cap. VI.

ET ſi multis ex alijs rebus & actionibus poteſt cuiuſq; animi grauitas, vel leuitas agnoſci, id tamen præcipuè ſolet ex habitu fieri, Talis enim quiſque eſſe præſumitur, in quali habitu reperitur. Cum igitur pariter affectatę ſordes, & exquiſitę delicię damnentur, cupimus, vt in neutro horum extremorum peccetur. Videant itaque clerici, vt veſtes gradui ſuo conuenientes ſumant, eaſque non ex coloribus prohibitis à ſacris canonibus. Vtantur ergo aſſiduè clerici per vrbem, & maximè in choro, & dum ſacra peragunt, vel crucem glorioſum chriſtianorum vexillum comitantur, veſtibus ſuperioribus vſque ad talos protenſis, inferiores autem eorum veſtes, ſeu ſubtaneæ ſint ſaltem demiſſę infra dimidium cruris. optamus autem omnes clericorũ veſtes eſſe nigri tantum coloris aut fuſci. Volumus

Hier. ad ruſt. Auguſt.

Ex. de vit. & honeſt. cleric. c. clerici.

quoque

quoque eas eſſe ſimpliciſſimas, ideſt ſine limbis aut fimbrijs ex panno aliquo ſerico; vt ex ijs poſſit facile agnoſci eorum animi moderatio. Si quis tamen vel canonicorum cathedralis noſtrę eccleſię, vel aliorum, quibus ex aliqua gradus dignitate id permittitur, voluerit vti veſtibus ex Ciambeloto, Mocaiate, vel alio panno ſerico permiſſo, perferemus, modò abſtineat à veſtibus confectis ex Viluto, Raſo, Damaſco, & alijs huiuſmodi pannis ſericis fulgidis, & prohibitis, quas omnibus clericis noſtrę Ciuitatis, & Diœceſis nobis ſubditis cuiuſcunq; ſint gradus, omnino prohibemus. Optaremus etiam Canonicos cathedralis noſtrę, necnō Prępoſitos Collegiatarum, & alios in dignitate conſtitutos pro ſui gradus dignitate ſuſtinenda, & vt à cęteris clericis differant, geſtare mantella protenſa tamen vſque ad talos, cęteris vero clericis vſum talium mantellorum penitus prohibemus; Et ſicuti nobis diſplicent clerici amicti, vt ſęculi milites, & velut fœmina compti, ita diſpudet aliquando videre nonnullos clericos adeò vilibus, & ſordidis veſtibus prodire in publicum, aut ita pannoſos & laceros, vt non altaris miniſtri videantur, ſed operarum locatores. Hi igitur ſordidi clerici, & clericalis dignitatis contemptores debitis pœnis plectentur. Camiſcias quoque geſtent clerici ſimplices non cum rugis, aut criſpis ad collum, aut ad manus, neque laboratas, neq; chirothecas habeant inciſas aut ſuffumigatas, neq; caligas incidant, aut calceos, vel ocreas, neque fœmoralibus illis turgidis vtantur, aut virgatis, quorum vſum clericis omnino interdicimus, neque annulos geſtent, niſi ij, quibus ex digni-

tate, vel officio permittitur, Hique vnico & modici pretij annulo contenti ſint, neq; pileis vtantur cum plumis, vel emblematibus, vel aliquo ornatu ſuperuacaneo. In equitando quoq; vtantur habitu modeſto, decenti, & tali, vt ſemper pro clericis agnoſci poſſint. Equis quoque, ephippijs, frænis, calcaribus, & reliquo habitu huiuſmodi (ne minutiſſimis quibuſq; recenſendis tempus teramus) vt non exiſtimentur de Chriſti patrimonio luxuriari. Qui contra prædicta fecerit, ſentiet pœnas à ſacris canonibus antiquis comminatas, & nouiſſimè in ſacra Tridentina ſynodo contra laſciuientes, & delicatulos iſtos clericos conſtitutas, qui vel non incedunt in habitu clericali, vel ita incedunt, vt ignominiæ potius ſint clericali profeſſioni, quàm laudi.

Decretum Tridentinæ ſynodi. Cap. VII.

Seſſ. 14. cap. 6. QVia verò, & ſi habitus non facit monachum, oportet tamen clericos veſtes proprio congruentes ordini ſemper deferre, vt per decentiam habitus extrinſeci morum honeſtatem intrinſecam oſtendant. Tanta autem hodie aliquorum inoleuit temeritas, religioniſq; contemptus, vt propriam dignitatem, & honorem clericalem paruipendentes, veſtes etiam deferant publicè laicales, pedes in diuerſis ponentes, vnũ in Diuiins, alterum in carnalibus. Propterea omnes perſonæ eccleſiaſticæ quantumcunque exemptæ, quæ aut in ſacris fuerint, aut dignitates, perſonatus, officia, aut beneficia qualiacunque eccleſiaſtica obtinuerint

nuerint, ſi poſtquam ab epiſcopo ſuo etiam per edi-ctum publicum moniti fuerint, honeſtum habitum clericalem illorum ordini, & dignitati congruentem, & iuxta ipſius epiſcopi ordinationem, & mandatum non detulerint, per ſuſpenſionem ab ordinibus, ac officio, & beneficio, ac fructibus, redditibus, & prouentibus ipſorum beneficiorum, nec non, ſi ſemel correpti denuò in hoc deliquerint, etiam per priuationem officiorum, ac beneficiorum huiuſmodi coherceri poſſint, & debeant ſecundum conſtitutionem Clementis Quinti in concilio Vien. editam. Quæ incipit, Quoniam inuocando, & ampliando.

ADDITIO AD CAP. VI.

¶ *Omnis ordinis, omnis dignitatis, & cultus prudentiſſima ordinatrix Eccleſia, veſtes quibus indui debent clerici, & quibus non, ſcienter instituit: æquum enim eſt, vt quiſque eis veſtiatur veſtibus tantum, quæ ſtatui proprio conuenientes videntur, ne interiores animæ ſordes contrahat veſtium nimis appetitus. hinc belluo ille vecors, quia inani gloria tumens primario induebatur habitu, & cum eſſet priuata vita ciuis, ſui ob intolerantiam volebat Principibus æquari, peræq; ſepultus eſt in tartareis flammis; Merito itaq; ſanciuit Illuſtriſſ. Rubeus ſua constitutione quales vnuſquiſq; clericus debeat geſtare veſtes, & quales non, quod & nos noſtro ædicto ſub data 16. Maij 1611. pariter declarauimus certis adiectis pœnis transgreſſoribus, illudq; ædictum omnino ſub comminatis pœnis obſeruari volumus; Declarantes quod vbi ædictum noſtrum probibet deferre veſtes, quas aut admittit ſupradicta constitutio, aut non probibet, volumus ædictum ſequi, ac ſeruari debere.*

Contra

Contra luſores. Cap. VIII.

Math. 12 CEterum cum de omni verbo otioſo, ac de minimo quoque temporis momento in die diſtricti examinis rationem reddere teneamur, prohibemus clericis omnibus, & eccleſiaſticis quibuſcunque perſonis, ne taxillorum, cartarum, alearum, teſſerarum, alijſue illicitis ludis ſe immiſceant, neque etiam pila maiori, vel minori in publico ludant, & præſertim cum laicis, neq; ludentium fautores, ſpectatores, in ludis illicitis, aut teſtes exiſtant. Quæ omnia cum omnibus ſacerdotibus ſunt indecora, & ordini clericali multum detrahentia, tum illis præcipuè, quibus eccleſiaſtica dignitas, aut animarum cura eſt commiſſa, qui verò contrafecerit, grauem pro arbitrio noſtro imponendam pœnam non euitabit.

Contra eos clericos, qui incedunt perſonati. Cap. IX.

CVM in omnes acerbè ſit animaduertendum, qui perſonati bacchantes per ciuitatem, effigiem Dei obumbrant, aut maiori poſtea licentia turpiſſima quæque attentare non erubeſcunt, in illos præcipuè ſeueritas eſt exercenda, qui clericalis obliti decoris, ſic perſonati muliebribus choræis, pompiſq; interſunt, quique ludis illicitis operam dant, & per vrbem, & vicos muſica inſtrumenta pulſare, & cantare præſumunt; Ne igitur poſthac talia per eccleſiaſticas perſonas in graue animarum ſuarum periculum, eccleſia-

ſticæ

ſticæ dignitatis dedecus, & ignominiam attententur, volumus irremiſſibiliter quoſcunque, & quacunque dignitate fulgentes, ſi perſonatos, & tranſueſtitos, ſeu maſcaratos reperiri, aut quòd ita inceſſerint, probari contigerit, carceris pœna, & grauiori arbitrio noſtro puniri.

ADDITIO AD CAP. IX.

¶ Ne contingat in dubium refricari, An ſupradicta Conſtitutio comprabendat forenſes, cum loqui videatur tantùm de Clericis in Ciuitate, declaramus illam comprabendere etiam quoſuis Clericos in Diœceſi.

Contra abutentes habitu Religioſorum. Cap. X.

QVumque ad Epiſcopi curam pertineat prouidere, ne quæ in chriſtianæ religionis ludibrium tendunt, fiant omnino, & ciuiles leges grauiſſimas etiam pœnas ſimilibus imponant, omnes etiam laicos, qui perſonati publicè, aut priuatim clericorum, vel religioſorum, ſeu religioſarum, nec non epiſcoporum, aliorumúe prælatorum ſiue verum, ſiue ſimulatum habitum detulerint, ipſo facto excommunicatos eſſe decernimus, abſolutionem nobis aut Vicario noſtro reſeruantes, ſimili pœna ac pecuniaria plectentur, quicunque eccleſiaſtici accommodauerint habitus aut paramenta eccleſiaſtica ad huiuſmodi vſus.

Ne clerici cohabitent fœminis ſuſpectis. Cap. XI:

DIuiniſſimus Paulus excludit fornicatores à regno cœlorum. Quòd ſi fornicatio priuat laicum gratia Dei, & conſortio beatorum, non ne grauius plectentur clerici fornicantes? (ſi quid tamen atrocius excogitari poteſt priuatione viſionis diuinæ) qui ſua ipſorum electione continentiam profeſſi ſunt? Dabunt igitur operam clerici noſtri, non ſolùm vt fornicationes, adulteria, & alia carnis vitia etiam dictu turpiora vitent, ſed etiam, vt omni ſuſpitione careant. Quod fiet, ſi mulierum ſuſpectarum, etiam quouis ſanguinis, cognationis, vel affinitatis vinculo coniunctarum cohabitationes conſuetudinem, atq; adeò colloquia frequentia vitabunt. Nulla enim ratione magis tuti erunt ab his vitijs quàm fugientes omnem peccandi occaſionem. Etenim protoparens, noſter Adam (vt hinc exordiamur) vxoris ſuæ blanditijs ſeductus poſteros ſuos vniuerſos paradiſo terreſtri priuauit, atque in has miſerias, quas quotidie experimur, cõiecit. Dauid alioqui ſanctiſſimus, & vir ſecundum cor Dei, conſpecta Berſabee præuaricatus eſt. Sampſon fortiſſimus fœminis ſuccubuit, & Salomon omnium mortalium facilè ſapientiſſimus à fœminis eò inſipientiæ adductus eſt, vt templa Idolis poneret; & turpiſſimè dæmonibus ſeruiret. Eſt enim fœmina validiſſimum diaboli telum, quo maximè virorum corda vulnerat, ac proſternit. Neque in hoc conflictu ſecurius aut glorioſius vincitur, quàm fugiendo. Optaremus quidem, vt clerici noſtri

[Margin notes: Ex. de coh. cleri. & mulier. c. 1. — Gen. 3. — 2. Re. 11. — Iud. 14. & 16. — 3. Reg. 11 — Orig.]

ſtri nulli omnino fœminæ cohabitarent. Quòd ſi tantam tempora noſtra non patiuntur ſeueritatem, nullam ſaltem admittant ſecum fœminam, quæ ſuſpicionem aliquam incontinentiæ præbere poſſit, neque ſe excuſent clerici, quòd hæ mulieres maritum habeant, vel forte ſint in obſequio matrum, vel conſanguinearum. Poſthac autem clerici noſtri non ſolum non admittent ad cohabitandum ſecum fœminas de incontinentia ſuſpectas, ſed etiam illis prohibemus, ne domos canonicarum ſeu eccleſiarum ſuarum vſibus clericorum conſtructas, aut illarum partem vlli omnino ſeculari mulierem ſecum habenti locent: niſi forte hæ domus tales fuerint, vt aditum liberum habeant extra clau ſtrum, ita vt clerici poſſint liberè in clauſtris ſuis verſari abſque mulierum conſuetudine, aut aliter nobis viſum fuerit aliqua graui de cauſa. Qui contra hanc Conſtitutionem locauerit prædictas domos eccleſiarum, in ſcutis decem punietur vltra ficti amiſſionem. Neque clericis permittitur cohabitare illis mulieribus etiā annoſiſſimis, quibus cum ipſi clerici carnale commertium aliquando habuerint. Deniq; cum nulla alia re magis ſeculares offendantur, ac ſcandalizentur, quàm clericorum incontinentia, dent operam clerici, vt non ſolum non peccent, ſed etiam vitam ſuā ita agant, vt ſuſpitione careant. Cùm diuus Baſilius, grauiſſimus ſanè autor aſſerat, etiam illos puniendos à Deo tanquam ponentes offendiculum & ſcandalū imbecillis fratribus, qui, & ſi non peccent, dant tamen anſam offendiculi & ſcandali puſillis. Quæ autem pœna illū maneat, qui ſcandalizauerit puſillos, Chriſtus ma-
C niſe-

niſeſtè declarat dicens, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collum eius, & demergatur in profundum maris. Si quis autem ſua ſponte, vel his cohortationibus non duxerit continenter, vt decet altaris miniſtrum, viuere. Nos veſtigijs Sanctorum Patrum, & Synodi Tridentinæ decretis inhærentes, grauiſſimè in criminoſos animaduertemus omnibus pœnarum generibus, ieiuniorum, carceris, & aliarum corporis afflictiuarum, pecuniarum quoque, priuationis fructuum ac beneficiorum, nec non ſuſpenſionis à diuinis, & excommunicationis, prout delicti & perſonæ qualitas exegerit. Multo enim ſeuerius cum, cætera crimina, tum verò incontinentiæ labes in clericis eſt punienda, quàm in laicis. Vt verò clerici altius animo repetant, quæ ſuæ ſint parteis, viſum eſt etiam hic ſubnectere Concilij Tridentini conſtitutionem ſuper huiuſmodi re editam, vt ſi forte noſtras conſtitutiones paruifecerint, ſaltem ſaluberrimas tot patrum monitiones non auerſentur.

Decretum Synodi Tridentinæ. *Cap. XII.*

Hier. 1. QVam turpe, ac clericorum nomine, qui ſe diuino cultui addixerunt, ſit indignum in impudicitiæ ſordibus immundoq; concubinatu verſari, ſatis res ipſa communi fidelium omnium offenſione, ſummoq; clericalis militiæ dedecore teſtatur. Vt igitur ad eam, qua decet, continentiam, ac vitæ integritatem miniſtri eccleſiæ reuocentur, populuſq; hinc eos magis diſcat reuereri, quò illos vita honeſtiores cognouerint, prohi-

bet

bet ſancta Synodus quibuſcunq; clericis, ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus poſſit haberi ſuſpitio in domo vel extra, detinere, aut cum ijs vllam conſuetudinem habere audeant, alioquin pœnis à ſacris canonibus, vel ſtatutis eccleſiarum impoſitis puniantur. Quòd ſi à ſuperioribus moniti, ab ijs ſe non abſtinuerint, tertia parte fructuum, obuentionum, ac prouentuum beneficiorũ ſuorum quorumcunq;, & penſionũ, ipſo facto ſint priuati, quæ fabricæ eccleſiæ, aut alteri pio loco arbitrio epiſcopi applicetur. Si verò in delicto eodem cum eadem, vel alia fœmina perſeuerantes, ſecundæ monitioni adhuc non paruerint, non tantùm fructus omnes ac prouentus ſuorum beneficiorum, & penſionum eo ipſo amittant, (qui prædictis locis applicentur,) ſed etiam à beneficiorum ipſorum adminiſtratione, quoad ordinarius etiam vti Sedis Apoſtolicę delegatus arbitrabitur, ſuſpendantur. & ſi, ita ſuſpenſi nihilominus eas non expellant, aut cum ijs etiam verſentur, tunc benefitijs, portionibus, ac offitijs, & penſionibus quibuſcunque eccleſiaſticis perpetuò priuentur, atq; inhabiles, ac indigni quibuſcunque, honoribus, dignitatibus, benefitijs, ac offitijs in poſterum reddantur, donec poſt manifeſtam vitæ emendationẽ ab eorum ſuperioribus cũ ijs ex cauſa viſum fuerit diſpenſandum. Sed ſi poſtquam ſemel eas dimiſerint intermiſſum conſortium repetere, aut alias huiuſmodi ſcandaloſas mulieres ſibi adiungere auſi fuerint, præter prædictas pœnas excommunicationis gladio plectantur. Nec quæuis appellatio, aut exemptio prædictam executionem impediat, aut ſuſpendat.

CLERICORVM FILIOS NEC IN eadem domo cum parentibus alendos, nec in eadem eccleſia miniſtrare debere. Cap. XIII.

SI quis presbyter eò impudentiæ deuenerit, vt audeat palàm domi tenere liberos ſuos naturales ſeu illegitimos, illòsque ſecum habitare permiſerit, in ſcutis decem puniatur, cum potius ſint tegenda ea flagitia, quæ forte adoleſcentia ſuadente à religioſis ſunt admiſſa, aſſiduiſque lachrymis & rubore detergenda, Iſai. 3. quàm vulganda, aut prædicanda more Sodomæ & Gommorrhæ. Et cum hoc non ferendum, tum verò multo minus permittendum, vt eodem in choro cum parentibus filij presbyterorum diuina perſoluant, aut in altari parenti pro clericis inſeruiant. Id enim fieri non poteſt abſque maxima diuini cultus irreuerentia, & patris permittentis incontinentiæ nota, & perpetua ſpectantium offenſione. Neque verò ſufficietur filius ſacerdotis in beneficio patris, aut alieno, ſublata qualibet colluſione ſub pœna in Concilio Tridentino contra huiuſmodi conſtituta. Filij tamen ſumptibus parentum in aliquo honeſto loco educandi erunt, & erudiendi, ne contra naturæ leges neglecti videantur. Paulus enim ait, qui ſuorum curam negligit, eſt infideli deterior, & irationalibus beſtijs peior, quæ filios à ſe editos diligenter alunt, & tuentur.

Cap. XIV.

VT paternè incontinentiæ memoria à locis Deo conſecratis, quæ maximè puritas ſanctitasq; decet, longiſſimè arceatur, non liceat filijs clericorum, qui non ex legitimo nati ſunt matrimonio in eccleſijs, vbi eorum patres beneficium aliquod eccleſiaſticum habent, aut habuerunt, quodcunque etiam diſſimile beneficium obtinere, nec in dictis eccleſijs quoquo modo miniſtrare, nec penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel aliàs obtinuerunt, habere. Quòd ſi in præſenti pater & filius in eadem eccleſia beneficia obtinere reperiantur, cogatur filius ſuum beneficium reſignare, aut cum alio permutare extra eccleſiam intra trium menſium ſpacium, aliàs ipſo iure eo priuatus exiſtat, & ſuper ijs quæcunque diſpenſatio ſubreptitia cenſeatur. Ad hæc reciprocæ reſignationes, ſi quæ poſthac à parentibus clericis in fauorem filiorum fient, vt alter alterius beneficium conſequatur, in fraudem huius decreti, & canonicarum ſanctionum factæ omnino cenſeantur, nec collationes ſecutæ vigore huiuſmodi reſignationum ſeu aliarũ quarumcumque, quæ in fraudem factæ fuerint, ipſis clericorum filijs ſuffragentur.

ADDITIO AD CAP. XIII.

¶ *Cum magis deceat Eccleſiæ miniſtros remiſci, fragilia carnis deſideria, quæ temporis fluxione euaneſcunt, tanquàm vtiliſſima ſtercora eſſe habenda, quàm fœda libidinis memoria nouiter, mente ſaltem, ſe polluere. Ideò in maius odium paternæ incontinentiæ, non ſolum ſuprapoſitam Conſtitutionem obſeruari*

uari mandamus, verum etiam, & pœna adiecta in Conſtitutione, ac alia arbitrio noſtro habita ratione delicti, & perſonarum his perniciofis exemplis clericorum occurrere curabimus.

De pœna ſimplicis fornicationis. Cap. XV.

QVoniam, vt ait propheta, poſuit nos Deus, vt euellamus, deſtruamus, & eradicemus, quæ malè in populo incuria fortaſſe Paſtorum ſuccreuerunt, quò purgatus ager Dominici gregis malis herbis poſſit proferre vberes fructus, ad compeſcendas vndiq; clericorum immunditias non contenti generalibus, & arbitrarijs pœnis, Ordinamus quòd pro ſimplici fornicatione, cuius conuictus fuerit aliquis in ſacris ordinibus conſtitutus, in libris vigintiquinque imperialium pro prima vice condemnetur, & per menſem ab executione ſui ordinis ſit ſuſpenſus, clerici verò minores puniantur arbitrio noſtro, quòd ſi fœmina illa ſit, quam delinquens proprijs ſumptibus extra domum habitationis ſuæ alebat, aut cum ea frequens carnale commertium habuiſſe conuictus fuerit, his caſibus delinquentem ipſum pœnæ, quàm contra concubinarios ſtatuimus, ſubiacere volumus.

ADDITIO AD CAP. XV.

¶ *Inter cætera ſeptem vitia capitalia, fornicatio maximi eſt ſcœleris, quia per carnis immunditiam templum Dei violat, & tollens membrum Chriſti, facit membrum meretricis. Ab omnibus ideò eſt fugiendum vitium hoc, ſed præcipuè à clericis, quorum gradus quò altior, eo caſus grauior, àc grauiora delicta facit ſublimitas peccantium. Vt igitur à Clericis fornicationis vitium*

vitium declinet pœnalem ſupraſcriptam edidit conſtitutionem Illuſtriſ. Rubeus. Sed quia quandoq; pœna leuitas ità parum operatur, vt nihilominus ad deteriora pergatur; Ideò neceſſarium duximus grauioris pœnæ formidine, clericos ab hoc peſtifero crimine excludere, Quare qui in explenda fornicatione ſe laxauerit, & de hoc fuerit conuictus, ſi erit in ſacris ordinibus, punietur pro prima vice in libris ſexaginta, & ſuſpendetur per menſem ab executione ſui ordinis, pro ſecunda vice, & vlteriori, pœna grauiori arbitrio noſtro caſtigabitur. In reliquis autem omnibus firma remaneat Conſtitutio prædicta.

Contra accedentes ad monaſteria monialium, & ſacrilegium committentes. Cap. XVI.

MOnialium Deo dicatarum, & Chriſto deſponſatarum præcipuam curam gerentes, vt tenemur, aliàs edictum propoſuimus, quo omnibus tam religioſis quàm ſecularibus vtriusq; ſexus ingreſſum in ipſarum monialium monaſteria prohibuimus, ne qua in parte clauſtralis diſciplina perturbaretur, remitteretur ve, quod ferè accidit frequenti ſecularium perſonarum conſpectu, colloquijs, & cõmercio. Inhærentes igitur decreto illi, & alijs cõſtitutionibus moniali ũ per nos editis ſtatuimus, quòd ſi quis clericus ſiue ſecularis ſiue regularis cuiuſcunq; ordinis, aut laicus cuiuſcunq; ſtatus, dignitatis, gradus, ſexus, & conditionis, ſine noſtra aut Vicarij noſtri licentia in ſcriptis ad aliquod monaſteriũ Ciuitatis, & Diœceſis Ticinenſis acceſſerit, pro prima vice in ſcutis vigintiquinque, pro ſecunda in quinquaginta puniatur, parentibus fratribus,

bus; aut ſororibus ipſarum monialium exceptis, quibus cum filiabus & ſororibus tantùm colloqui liceat, exceptis quoque alijs perſonis neceſſarijs, & per nos approbatis; Qui verò dictarum monialium clauſtra perturbauerit, ingreſſus fuerit, vitiauerit, vel eduxerit aliquàm ex ipſis monialibus vel ſororibus, ſententiam excommunicationis iuxta ſacri Concilij Tridentini decretum incurrat ipſo facto. Vltra quam excommunicationis ſententiam à nobis fulminatam, nouerint laici, ſe non euaſuros pœnas grauiſſimas corporis & facultatum. Cum verò Chriſtianorum Principum Conſtitutionibus, extremo ſupplicio puniendi ſint laici, qui cum monialibus in habitu incedentibus in monaſterio vel extra rem carnaliter habuiſſe conuicti fuerint. Cumque ſacris canonibus non permittatur eccleſiaſticis iudicibus pœnam ſanguinis infligere ſontibus, ſtatuimus, quòd ſi quis clericus cuiuſcunq; ordinis ſit, depræhenſus fuerit monialem aliquam profeſſam è monaſterio abduxiſſe, vitiaſſe, aut carnaliter cognouiſſe, priuetur beneficijs omnibus, quæ forte obtinuerit, ſuſpendatur perpetuò ab officio ſuo, & retrudatur in aliquem carcerem ad agendam perpetuã pœnitentiam in pane lachrymarum & aqua doloris. Monialis quoque, quæ paſſa fuerit, ſe carnaliter cognoſci, retrudatur ſimiliter in aliquo arcto carcere, vbi in perpetua pœnitentia dies ſuos finiat. quæ pœna dubio procul vltimo ſupplicio æquiparari poteſt, cum non deceat religioſas perſonas, quas æquum eſt ſanctioris vitæ reliquis exempla præſtare, hac in parte leuius puniri, quàm laicos.

AD-

ADDITIO AD CAP. XVI.

¶ Cum pia, ſancta, & catholica ſit hec Conſtitutio contra accedentes ad Monaſteria Monialium, & ſacrilegium committentes edita, eam confirmamus, & approbamus, ac ſequi mandamus, hoc addito, quod delinquentes in hanc Conſtitutionem, & in edictum noſtrum promulgatum die 11. Iulij 1609. illis pœnis affici volumus, de quibus in prædicto edicto. Monemus interim quaſcunq; perſonas cuiuſuis gradus, & conditionis ſint, Bullas extare ſummorum Pontificum in materia clauſuræ Monialium ſeruandæ ligantes tranſgreſſores excõmunicatione, & maledictionibus æternis, ac pœnis etiam corporalibus. Caueant igitur omnes, ne indignationem Omnipotentis Dei incurrant, ſed clauſuras Monialium ſartas, tectas, ac incorruptas conſeruent.

Virgines non cogendas monaſteria ingredi, nec impediendas ab ingreſſu. Cap. XVII.

ET quoniam hic locus commodè ſe offert, de ſacris virginibus agendi, non videtur prætereunda Concilij Tridentini conſtitutio edita tàm contra impedientes virgines, quæ Deo inſpirante ad religionem conuolare propoſuerunt, quo minus votum ſuum exequantur, quam contra eos, qui minis, vel verberibus cogunt virgines inuitas monaſteria ingredi, quod vt in parentibus eſt ſignum manifeſtiſſimum auaritiæ, ita in monaſteriis eſt perpetuum impedimentum aliis virginibus Deo fideliter ſeruire cupientibus:

Raro n. aut nunquàm ex malis huiuſmodi initiis effectus boni conſecuti ſunt.

Cap. XVIII.

Seſs. 25. cap. 18. ANathemati ſancta Synodus ſubijcit omnes, & ſingulas perſonas cuiuſcumque qualitatis, vel conditionis fuerint, tam clericos, quam laicos, ſæculares, vel Regulares, atque etiam qualibet dignitate ſurgentes, ſi quomodocumque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcumque mulierem inuitam, præterquam in caſibus in iure expreſſis, ad ingrediendum monaſterium, vel ad ſuſcipiendum habitum cuiuſcunque religionis, vel ad emittendam profeſſionem, quiq; conſilium, auxilium, vel fauorem dederint, quiq; ſcientes eam non ſponte ingredi monaſterium, aut habitum ſuſcipere, aut profeſſionem emittere, quoquo modo eidem actui vel præſentiam, vel conſenſum, vel auctoritatem interpoſuerint. Simili quoque anathemati ſubijcit eos, qui ſanctam virginum, vel aliarum mulierum voluntatem velli accipiendi, vel voti emittendi quoquo modo ſine iuſta cauſa impedierint. Eaq; omnia, & ſingula, quæ ante profeſſionem, vel in ipſa profeſſione fieri oportet, ſeruentur non ſolum in monaſterijs ſubiectis Epiſcopo, ſed & in alijs quibuſcumque. Ab his tamen excipiuntur mulieres, quæ Pœnitentes, aut Conuertitę appellantur, in quibus conſtitutiones earum ſeruentur.

Contra eos, qui in ludicris abutuntur ſacræ ſcripturæ locis, autoritatibus, et teſtimonijs. Cap. XIX.

ET quoniam maximam Deo, eiuſque orthodoxæ fidei contumeliam affert perdita nonnullorum audacia,

audacia, qui ex ſacramentis, rebusque fidei, iocorum ac riſus argumenta quærunt, nonnulli enim, qui turpes de amore, alijſuè ludicris ſermones in comeſſationib⁹, tripudijsque, & in plateis habent, non expaueſcunt diuinæ legis teſtimonia adducere, verba Saluatoris noſtri, & ſcripturæ ſacræ pro temeritate ſua ad riſum trahendo, atque inuertendo, aliàque ſigna faciendo, more etiam interdum eorum, qui in eccleſijs verbum Dei populo annunciant, idcirco nos de chriſtianæ religionis honore ſolliciti, & decreto concilij Tridentini inhærentes omnes homines, qui in futurum talia dixerint, aut aliter quomodocunque iocoſis, ridiculisque, aut quibuſuis prophanis ſenſibus ſacramentorum, aut diuinæ legis nomina, vel ſententias miſcuerint, ſeu talia, vel id genus alia dictauerint, ſcripſerint, aut dictata, & impreſſa vendiderint, pœnis iuris, & alijs arbitrio noſtro imponendis ſubiacere volumus.

Contra non dicentes officium. Cap. XX.

MEminerit autem vnuſquiſque ordinis ſacri, aut beneficij ratione, ad dicendum officium aſtrictus, ſi inſtigante diabolo illud quotidie, vt tenetur, dicere omiſerit, ſe furem, latronem, ſacrilegum, & bonorum eccleſiaſticorũ occupatorem eſſe, fructus enim beneficiorum, ſi quę poſſideat, non facit ſuos, quum ad reſtitutionem ipſorum quilibet beneficiatus non dicens officium teneatur ſaltem pro rata temporis, quo illud ſua culpa omiſit. ſtatuimus, quòd ſi quis in ſacris conſtitutus poſt duos menſes, in non ſacris ve-

rò,ſed beneficiatus,aut in ſacris, & benẽficiũ cum cura, ſeu ſine cura habẽs poſt ſex menſes à publicatione præſentium conſtitutionum, legitimo impedimento ceſſante, diuinum non dixerit officium, ſi beneficiatus ſit, eo ipſo à perceptione fructuum omnium beneficiorũ ſuorum ſuſpenſus ſit, quos tanquam iniuſtè perceptos in fabricas huiuſmodi beneficiorum, vel pauperum eleemoſinas erogare teneatur, & tandiu ſuſpenſus maneat, quandiu in ea ignorantia, & diuinum recitandi officium negligentia, contumaciter permanſerit, ſi per annum indurato corde poſt præfatos ſex menſes perſtiterit, præſentis conſtitutionis tenore, quam vim monitionis ſibi iuxta Lateranen. Concilij Decretum faciendæ habere volumus, ſit ipſo iure beneficijs, quæ poſſidet, priuatus, ſi verò non fuerit beneficiatus pœnam carceris ipſo facto elapſis duobus menſibus incurrat, & alias etiam pœnas arbitrio noſtro infligendas, Deo tamen vltra præmiſſa de dicta omiſſione redditurus rationem, & væh illis, quos ſemper malus exitus manet, vt experientia docemur; nullus autem vnquam clericum officium ſuum dicentem à Deo derelictum vidit.

Contra omnes flagitioſos in genere. Cap. XXI.

MVlta ſunt aliorum criminum genera, quorum rationem legiſlatorem habere deceret. Nos verò quia ſperamus huiuſmodi grauiſſima, & enormia peccata non fore in clericis noſtris, nolumus pœnas certas his ſtatuere. Si quis tamen clericus ita profeſſionis ſuæ

fuerit

fuerit immemor, vt ſcurram, aut morionem, ſeu buffonem agat, lenociniumuè exercuerit, aut domum ſuam huiuſmodi fœdiſſimo exercitio, aut ad alios illicitos vſus accommodauerit, adulteriumuè, inceſtum, aut ſacrilegium commiſſerit, aut cum filia ſpirituali rem carnaliter habuiſſe conuictus fuerit, nos huiuſmodi maxima flagitia, quæ admittuntur contra Sanctiſſimas omnipotentis Dei leges cum maxima chriſtiani populi offenſione plectemus pœnis à ſacris canonibus conſtitutis, & alijs grauioribus arbitrio noſtro imponendis, ne videamur adeò flagitioſis criminibus conniuere cum maximo ſalutis noſtrę periculo. Sunt etiam alia non pauca, quæ clericos vitare cupimus. Neque enim decet eos ad tabernas diuertere niſi extremæ neceſſitatis cauſa, & in itinere, crapulæ, aut ocio ſe dedere, aut venationibus, aucupijſuè delectari, ne canibus alendis, & alijs ſuperuacaneis vſibus profundant eccleſiaſticos redditus, (quos vltra ſuum ipſorum modeſtum victum, & veſtitum, in pauperes, & eccleſiarum reparationem erogare tenentur) vel inutiliter tempus conterere in huiuſmodi ludicris rebus, quod in ſtudijs, orationibus, & alijs ſerijs rebus conſumere deberent. Cauebunt etiam negociationes clericis prohibitas, & in conuiuijs ſuperfluas impenſas, & hoſpitalitatem diligant, & exerceant, & alias virtutes, quæ clericos Deo gratos efficiunt, & hominibus venerabiles.

Concluſio primæ partis. Cap. XXII.

ET quoniam hæ conſtitutiones conſcriptæ, & editę ſunt, vt œcumenicum Concilium Tridentinum diligenter ſeruetur, viſum nobis eſt hanc primam conſtitutionum noſtrarum partem concludere decreto Concilij, quod ſtudioſè lectum poterit clericos officij ſui admonere, eosque ad virtutem vehementer accendere, atque hortari.

Cap. XXIII.

NIhil eſt, quod alios magis ad pietatem, ac Dei cultum aſſiduè inſtruat, quàm eorum vita, & exemplum, qui ſe diuino miniſterio dedicarunt. Cum enim à rebus ſeculi in altiorem ſublati locum conſpiciantur, in eos tanquam in ſpeculum reliqui oculos conijciunt. ex ijsque ſumunt, quod imitentur. Quapropter ſic decet omnino clericos in ſortem Domini vocatos, vitam, moresque ſuos omnes componere, vt habitu geſtu, inceſſu, ſermone, alijsque omnibus rebus nil niſi graue, moderatum, ac religione plenum præſeferant. Leuia etiam delicta (quæ in ipſis maxima eſſent) effugiant, vt eorum actiones cunctis afferant venerationem. Cum igitur, quo maiore in ecclesia Dei, & vtilitate, & ornamento hæc ſunt, ita etiam diligentius ſint obſeruanda, ſtatuit ſancta Synodus, vt quæ aliàs à ſummis Pontificibus, & à ſacris Concilijs, de clericorum vita, honeſtate, cultu, doctrinaq; retinenda, ac ſimul de luxu, commeſſationibus,

choræis, aleis, luſibus, ac quibuſcunque criminibus, nec non ſecularibus negotijs fugiendis, copioſe, ac ſalubriter ſancita fuerunt eandem in poſterum ijsdem pœnis, vel maioribus arbitrio ordinarij imponendis, obſeruentur; nec appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, ſuſpendat. Si qua verò ijs in deſuetudinem abijſſe compererint, ea quam primum in vſum reuocari & ab omnibus accurate cuſtodiri ſtudeant. Non obſtantibus conſuetudinibus quibuſcunque, ne ſubditorum neglectæ emendationis ipſi condignas, Deo vindice, pœnas perſoluant.

CONSTITVTIONVM
In Synodo Papienſi

Sub Illuſtriß. & Reuerendiß. Cardinali D. Hippolyto Rubeo Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia tūc Epiſcopo Papienſi, & Comite editarum, & publicatarum.

Cum additionibus, & nouis Conſtitutionibus factis in Synodo Diœceſana anno currenti 1612.
Celebrata per Illuſtriſs. & Reuerendiſs.
D. D. IOANNEM BAPTISTAM BILIVM
Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſc. Papienſ. &c.

PARS SECVNDA.

Sacerdotes oportere prius vitia deteſtari, vt eorum Orationes Deo ſint gratæ. Cap. I.

QVoniam peccatores, ideſt eos, qui in propoſito, & affectu peccandi ſunt, Deus non exaudit; dedimus operam, quantum in nobis fuit, his Conſtitutionibus informando Clero noſtro conſcriptis, primùm quidem, vt clerici ipſi inculpatæ vitæ eſſent, qui non ſolùm pro ſuis delictis precari debent, ſed etiam pro
Hebr. 7. totius populi culpis incruentas hoſtias Deo offerre tenentur,

nentur, vt eorum preces eò eſſent Deo gratiores, quò eorum vita eſſet integrior. Huc nanque ſpectat omne noſtrum ſtudium. Huc dirigantur vniuerſæ cogitationes noſtræ, hac de cauſa pœnas quaſdam contra delinquentes ſtatuimus, quæ aliquibus graues fortaſſe videbuntur; ſed ſi ad regulam antiquorum canonum trutinentur, leues admodum ſint; neq; tantæ, vt poſſint vllo modo pro demeritis ſatiſfacere, cum peccatis Deum infinitæ bonitatis, & iuſtitiæ offendamus, cui nullo humano conatu poteſt ſatisfieri, niſi ipſe clementiſſimus pater noſter, qua eſt pietate in humanum genus, gratia ſua nos præueniret, excitaretq;, ac adiuuaret ad pœnitentiam peragendam, quæ quantumuis maxima per ſe inutilis exiſtimatur, ſed condita meritis paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in communione ac obedientia catholicæ eccleſiæ ſuſcepta, & ardenti charitate (qua maxime peccata remittuntur) peracta peccatores quoslibet Deo reconciliare valet, & ſolet, & tanquam tabula poſt naufragium in portum ſalutis adducere. Reſtat igitur, vt hoc ſecundo tractatu agamus, quibus maximè rationibus ſint à Sacerdotibus noſtris Orationes Deo offerendæ, quæ non eſt poſtrema clericorum functio, & quo pacto templa, quæ ſunt Dei, & Orationum domus, ſit pro dignitate tenenda. 1.Petr.4. Math.21. Mat. 21.

Exordiemur autem a collegiatis, in quibus horariæ preces diurnæ, & nocturnæ ſolent celebrari in totum, vel in parte.

De modo celebrandi Diuinum Officium. Cap. II.

CVm præcipue clericorum partes ſint, pſalmodijs, Diuini officij recitatione, ac miſſarum celebratione non ſolùm Deum Opt. Max. die noctuque laudare, ſed etiam ad Diuinum cultum populum excitare, ita hoc ſuum penſum exequantur, vt Deo ſatisfaciant, & populos ad religionem excitent; Laudaturi autem, & placaturi Numen, videant, ne quid ſit vel in cordibus, & mente eorum, vel exteriori habitu, quod oculos diuinæ maieſtatis offendat, ne vnde maximè Deum placare creduntur, inde grauius eum ad iracundiam prouocent. Horis igitur competentibus omnes in ſacrarium conueniant, & cum qua decet animi, & corporis mundicie, & grauitate ſuperpelliceis, ſeu cottis induti proceſſionaliter chorum bini ingrediantur. Et poſtquàm Deum in choro, qua condecet animi, & corporis demiſſione fuerint venerati, diuinum officium ab hebdomadario inchoetur. Quod dum celebratur, nulli omnino liceat fabulari, e choro exire, litteras, aliasue ſcripturas legere, ſedes mutare, dormitare, vel alias fortè preces, præter eas, quæ ab omnibus eo tempore ſunt dicendę, ſed omnes eodem tempore ſedeant, & ſurgant, caput aperiant, genuflectant, & in cęteris actibus conformes ſint, vt omnium in choro pſallentium ſit cor vnum, & vox eadem. Si quando vero neceſſitas aliqua acciderit è choro exeundi, dum diuinum officium celebratur, id fiat ſine tumultu, & quam fieri poterit pacatiſſimè, ne qua in parte diuinum officium perturbetur, petita prius licentia à præpoſito,

ſito, ſeu eo abſente ab antiquiori canonico, ſeu digniori, qui in choro repertus fuerit. Dum vero recitando Diuino officio occupantur, meminerint, ſe cum Deo loqui, vel Deum cum ipſis, quod vtrunque maxima cum animi, & corporis attentione eſt faciendum. Dolemus enim non mediocriter nonnullorum ignauorum vicem, qui Deo ſe ſatisfacere putant, ſi vtcunque horarias præces ſubmurmurauerint abſque vlla attentione, ſeu præparatione ad ea, quæ dicunt, & faciunt; Qua in re maxima in clericis ſolertia, & præparatio diligens eſt neceſſaria; vt debito ſuo ſatisfaciant, & non audiant grauiſſimam illam Domini comminationem, ſine cauſa autem colunt me, quia cor eorum longe eſt à me. Hortamur igitur in Domino, & præcipimus, vt horariæ preces à clericis noſtris, non feſtinanter, curſim, ſeu concisè, ſed deuote intelligibiliter, diſtinctè, & opportuno tempore recitentur. Quod vt fructuoſius fiat, antequam inchoetur officium aliquantiſper in choro præmeditentur Clerici, quantam rem facturi ſint, vt ſapientis præceptum ſeruent, Ante orationem præpara animam tuam. Et poſtquam abſoluerint veniam præcentur à Deo, ſi qua in parte defecerunt, ſi eorum mens aliquo fuerit euagata, dum officium recitant non adhibita cordis attentione ad ea, quæ dicuntur, fiuntue, quę non minus requiritur, quam corporis pręſentia. Diſplicet enim nobis prauum aliquorum inſtitutum, & non ferendum, qui cum primum chorum ſunt ingreſſi, ſtatim officium inchoant, nulla præmiſſa mentis pręparatione, & vix peracto officio è ueſtigio, è choro

Eſai. 29. Matth. 5 Mar. 7.

Eccl.

Cap. dolétes de celebra. Miſſ.

è choro ſe proripiunt. Hæc autem præ propera eorum feſtinatio; vel inchoandi officium, vel è choro exeundi manifeſte teſtatur, eos aliud mente agitare, quam Deum, cui non tam altis vocibus ſatisfit, quam pura, ac ardenti cordis affectione. Qui in tempore diuinis non adfuerit, vel dum celebrantur, loquutus, tumultuatusuè fuerit, dormierit, aut è choro exierit vel in choro ſuper pelliceũ exuerit, niſi peracto officio vnà cum cæteris, vel ſedem mutarit; illius diei, diſtributionibus careat, quod diligenter aduertatur, & obſeruetur à notatore.

ADDITIO AD CAP. II.

¶ *Cuiquam dubium eſſe non debet; cæremonias ab Eccleſia probatas in recitandis diuinis officijs in Choro eſſe ſigna, teſtimonia, ac exercitia cultus interioris, quem Deus inprimis requirit in ſuis miniſtris, proptereà ità honeſte, ac decenti quodam ordine peragi in Eccleſia debere, vt viua extent Religionis incitamenta, quibus fragilitas humana, ceu adminiculis fulciatur, & ad Sacra myſteria tùm capeſcenda, tùm retinenda veluti manu ducatur. Quare licet Illuſtriſs. Cardinalis Rubeus ſupradicta ſua Conſtitutione prudentiſſimè prouiderit de modo cœlebrandi in Choro officium Diuinum, placuit tam nobis aliqua addere iuxtà temporis neceſſitatem, quæ maiorem decorem, grauitatem, dignitatem, & reuerentiam in eo abſoluendo ſecum afferre iudicata fuere. Cum igitur ſtatutis horis clerici omnes erunt conuenturi in ſacellum, antequam ab eo exeant; volumus, quod priùs detur ſignum campanellæ, retinendæ penes Ianuam Sacriſtiæ, vt ſciat populus, tunc Eccleſiæ Miniſtros Chorum ingreſſuros ad diuina officia perſoluenda, & ad Deum laudandum, & rogandum; ac horum exemplo, & ſtimulo idemmet Populus*

ad

ad orandum excitetur. A Choro exinde non finitis officijs nulli liceat diſcedere, niſi prius, petita non ſolum, ſed habita licentia non ſolo nutu, aut ſigno, ſed expreſſis verbis in Cathedrali noſtra à Præpoſito, ſeu Archidiacono pro ſua quiſq; parte; ſeu eis abſentibus ab antiquiori Canonico; In Eccleſijs verò Collegiatis à Præpoſito, ſeu eo abſente ab antiquiori Canonico, aut digniori, aut beneficiato. Illi tamen diſcedentes expedito negotio in Choro ſtatim teneantur redire; Diuinis poſteà peractis officijs omnes ante altare genuflectant, & quæ decet Dei ſeruos modeſtia in ſacrarium bini recedant. Sed quia multis modis interrumpitur orantis intentio, & præcipuè dùm per incuriam in vana huius mundi ſe ingerit, Ideò prohibemus quibuſcunque clericis, ne pileos, chirothecas, flores, & eiuſdem generis alia præ manibus in Choro deferant, nec alibi quando ſuperpelliceo induti capitulariter, aut collegialiter incedunt: dùm enim quiſque à ſemetipſo hæc vana abſterſerit, protinus ſecurus ſtudio orationis incumbit, & ad ea, quæ impetrare precibus cupit, mentem liberè erigit. Et vt contrafacientes debita pœna in omnibus plectantur diſcedendo à pœna comminata in ſupradicta Conſtitutione verſ. Qui in tempore diuinis non adfuerit &c. declaramus, quod qui contrauenerit Conſtitutioni ſupradictæ Illuſtriſſimi Cardinalis, & huic noſtro Synodali Decreto in quauis eorum parte, diſtributionibus illius horæ, qua deliquit, careat. Et in illis Eccleſijs, vbi non adſunt diſtributiones, pœna ſolidorum quinque pro ſingula vice Sacriſtiæ illius Eccleſiæ applicandorum mulctetur. Quod etiam ſe extendere volumus ad reſidentes, qui inſeruiunt Eccleſiæ, vbi non adſunt diſtributiones, vel qui diſtributionum non ſunt participes.

De libro notulæ. *Cap. III.*

6. Th. 3. PRo rata laboris quilibet lucrari debet, vt econtra, qui non laborat non debet manducare, maxime de his redditibus, qui pro quotidianis ſeruitijs ſunt eccleſijs relicti, vt igitur id fiat commodius, in qualibet collegiata eccleſia, in qua ſunt aliquæ diſtributiones quotidianæ, ſit liber notulæ, in quo omnes deſcribentur, prout ſingulis diebus, vel deſeruient, vel deficient, id autem fiat publicè, & palam in ſacrario ab eo, cui cura hæc demandata fuerit à præpoſitis, ſeu alijs prælatis eccleſiarum. Sit autem libri rector, ſeu cuſtos integerrimus, & iuramento ſe aſtringat in initio officij, quòd nemini indebite fauebit nimia indulgentia, vel amore, nec contra ius aliquem prætermittet odio, vel inuidia, quem non notet prout laborauerit, vtrumque enim nobis ex æquo diſplicet, & plectetur pœna dimidij aurei, & grauiori arbitrio noſtro. Qui enim notator in huiuſmodi ſcienter peccat alienorum eſt raptor, qui officio ſuo defuerit, dum ſibi, vel alijs iniuſtè attribuit, quod alij iuſtè lucrati ſunt. Sicubi verò aliqui non interfuerint tempore decantandorum diuinorum, & eorum culpa, ſeu abſentia non fuerint diuina celebrata, nihiloſecius notentur, qui in tempore, ac eccleſias conuenerint pro officio exequendo, quorum culpa diuina non fuerint omiſſa. Qui non interfuerint in Miſſis antequam Gloria in Excelſis inchoetur, in Veſperis verò, & in Matutinis ante finitum primum pſalmum, ſi ſit feſtum duplex, & omit-

tatur

tatur officium Beatæ Virginis, cum verò dicitur officium Virginis, qui non adfuerit antequam primus pſalmus officij Domini inchoetur, nihil lucretur, qua in re punctatoris conſcientiam grauamus ad ſoluendum de ſuo, ſi quem notauerit.

ADDITIO AD CAP. III.

¶ Sicuti hæc conſtitutio illos admittit ad diſtributiones percipiendas, qui non interfuerunt in principio aut Miſſæ, aut horarum dummodo interſint antequam Gloria in excelſis inchoetur in Miſſa, & in Veſperis, ac Matutinis prout in Conſtitutione, ita etiam par eſt nonnullorum fraudibus, & malitijs obuiare, qui abutentes hac permiſſione differunt chorum ingredi; Ideò edicimus, & decernimus, quòd ſi quis malitioſe, & in fraudem, ac ex induſtria, negligentia, aut indeuotione expectabit finem primi pſalmi, aut etiam vſq; ad vltimum Chirieeleiſon, & poſteà ingrediatur Chorum, eo caſu non percipiat diſtributiones, & vlterius puniatur arbitrio noſtro, ſeu noſtri Vicarij. Si quis etiam ad eccleſiam acceſſerit tardus, & Diuinis ita cœptis officijs, vt non poſſit ampliùs lucrifacere diſtributiones, volumus quod nihilominus teneatur Chorum ingredi, & cum alijs diuina proſequi ſub pœna amiſſionis diſtributionis illius horæ, quam præcedenti die lucratus fuit: tenetur enim ad Eccleſiam conuenire principaliter propter Deum, vel vt muneri ſuo ſatisfaciat, non autem ea principali intentione, vt aliquid lucretur; Eiuſdem pœnis volumus etiam mulctandos eſſe Mercenarios reſidentes ad ratam ſalarij.

De Canonicis cathedralis eccleſia. Cap. IV.

IN noſtræ autem cathedralis eccleſiæ canonicis, & alijs eiuſdem miniſtris, cupimus eandem omnino vitæ probitatem, quam à cęteris exigimus, atque adeò maiorem, non ſolum vt vicijs, & criminibus omnibus damnandis careant, ſed etiam vt virtutibus multò maioribus, quàm cæteri fulgeant. Ipſi enim vniuerſo clero noſtro integritatis, grauitatis, religionis, & eruditionis forma, ſpeculum, & regula eſſe debent, quam alij clerici imitentur, (canonicus enim græce perinde valet, ac ſi dicas regularis latinè) vide quanta illis impoſita eſt neceſſitas Sanctè iuſtè, & modeſtè viuendi, Si canonicorum nomine digni volunt eſſe. Cum debeant non ſolùm ipſi boni, & graues eſſe, ſed etiam aliorum vitam exemplo inſtituere, & doctrina ſua aliorum imperitiam corrigere. Studebunt igitur canonici noſtri tantò magis vt offitio ſuo ſatisfaciant, & nomini eorum vita reſpondeat, quantò magis aſſiduè ſe nobis ſiſtere coguntur; Neq; eorum mores, vita, & conuerſatio nos latere poterunt, ita vt illis adempta videatur ea cauſa impunitatis, quæ pleroſq; alios impunitos abire ſinit. quia eorum delicta ad notitiam noſtram non deueniunt, ſint igitur eorum ſtudia, ſermones, veſtes, inceſſus tales, vt maior quædam in eis grauitas appareat quàm in cæteris clericis, vt meritò fratres noſtri appellari poſſint.

De Miſſa. *Cap. V.*

IN primis verò ſtudebunt clerici, vt quotidiana Miſſa maximum Chriſtianorum ſacrificium, qua decet maeſtate, deuotione, grauitate, & attentione dicatur, & audiatur. Quod fiet, ſi clerici, & Chriſtiani reliqui intelligent, nihil ſanctius, auguſtiusue, aut ſublimius ab homine fieri, vel audiri poſſe, quàm Miſſæ ſacrificium, qua de re (ne multis nos verbis vti cogamur) libuit hic adijcere Concilij Tridentini Decretum.

Decretum de obſeruandis, vel euitandis in celebratione Miſſæ. *Cap. VI.*

QVanta cura adhibenda ſit, vt ſacroſanctum Miſſę ſacrificium omni religionis cultu, ac veneratione celebretur, quiuis facilè exiſtimare poterit, qui cogitarit, maledictum in ſacris litteris eum vocari, qui opus Dei facit negligẽter. Quòd ſi neceſſario fatemur, nullum aliud opus adeò ſanctum, ac diuinũ à Chriſti fidelibus tractari poſſe, quàm hoc ipſum tremendũ myſterium, quo viuifica illa hoſtia, qua Deo patri recõciliati ſumus, in Altari per Sacerdotes quotidiè immolatur, ſatis ẽt apparet, omnem operam, & diligentiá in eo ponẽdam eſſe, vt quanta maxima fieri poteſt interiori cordis mũditie, & puritate, atq; exteriori deuotionis, & pietatis ſpecie peragatur. Cum igitur multa iam ſiue temporũ vitio, ſiue hominum incuria, & improbitate irrepſiſſe videant', quæ à tanti ſacrificij dignitate aliena

Seſ. 22. Hier. 48.

ſint, vt ei debitus honor, & cultus ad Dei gloriam, & fidelis populi ædificationem reſtituatur. Decreuit ſancta Synodus, vt Ordinarij locorum Epiſcopi ea omnia prohibere, atque è medio tollere ſedulò curent, ac teneantur, quæ vel auaritia idolorum ſeruitus, vel irre-
Colo. 3 uerentia, quæ ab impietate vix ſeiuncta eſſe poteſt vel ſuperſtitio veræ pietatis falſa imitatrix induxit.

Alios etiam laudabiles ritus in diuinis eſſe ſeruandos. Cap. VII.

VOlumus autem alias etiam laudabiles conſuetudines hactenus tàm in Cathedrali, quàm in alijs Eccleſijs bene inſtitutis ſeruari ſolitas in ſuo robore permanere, quibus nos his Conſtitutionibus nulla in parte derogamus, modò ſacris Canonibus, vel his Conſtitutionibus nõ aduerſentur, immo eas approbamus, & diligenter cuſtodiri mandamus tamquam traditiones vel à primis naſcentis Eccleſiæ crepundijs inſtitutas, vel à bonis initijs, & ſanctiſſimis hominibus ortas, atque in noſtra vſque tempora propagatas, & quaſi per manus traditas, quæ cum maximum robur habeant ad alendam, & conſeruandam pietatem his obſeruandis non minus aſtringi clericos volumus, quàm ſi aliquod ſpeciale mandatum in ſcriptis haberent. Infiniti enim laboris fuerit omnia laudabilia inſtituta, quibus vtuntur Chriſtiani attingere.

In

In ſacerdotio conſtitutos frequenter celebrare debere. Cap. VIII.

MAndamus etiam omnibus in ſacerdotio conſtitutis, vt, quàm fieri poterit frequentiſſimè celebrent, & maximè, qui beneficium curam animarum annexam habens poſſident, & ſaltem diebus ſolennibus Miſſam celebrare non omittant ſub pœna grauiſſima arbitrio noſtro imponenda, ne Sacerdotes in eo maximè, quòd officij ipſorum eſt, delinquere deprendantur.

Ne tempore Diuinorum officiorum in Eccleſijs deambuletur. Cap. IX.

INherentes edictis aliàs per nos publicatis, Mandamus omnibus Chriſti fidelibus ſub excommunicationis pœna, nè tempore diuinorum officiorum in Eccleſijs, quæ ſunt domus Dei, & Orationis, vel deambulent, vel de rebus laſciuis loquantur, ſeu de negotijs, aut commertijs ſecularibus tractent. Ne illis accidat, quod olim vſu venit Phariſæis polluentibus Domini templum profanis negotiationibus, quos Chriſtus è templo eiecit, facto de funiculis flagello. Io. 2

Quòd templa tantùm tempore Diuinorum officiorum aperiantur. Cap. X.

NE igitur in ſacris ædibus deambulationes, commertia profana, lenocinia, aut alia dictu fœdio-

ra fiant, Sacriſtæ, ſeu hoſtiarij maximam adhibebunt curam, & tantùm tempore Diuini officij templorum hoſtia reſerabunt, alijs horis claudent. Caueatur etiam maximè in villis, ne arma haſtata, vel ſclopeti inferantur in ædes ſacras. Indignum enim valde eſt, vt domus regis pacifici armis ſecularibus repleatur, & loco thuris ſentiantur tetrinidores ambuſtorum funiculorum, & pulueris tormentarij, vt omittamus, quòd propter armorum commoditatem non rarò atrocia flagitia in ſacratis templis fuerunt perpetrata, & templa ipſa, vel cœmiteria polluta. Præcipimus igitur omnibus ſecularibus ſub excommunicationis pœna, ne quid tale poſt hac faciant, & eccleſiam intrent, quando Miſſa celebratur, vt deuotius eam audiant, & Sacerdotibus, ne ſacra peragant, niſi arma extra templum, atq; adeò procul à valuis eccleſiarum ſemota fuerint, & omnis tumultus in templo, & circa illud fuerit ſedatus.

De Clericorum ſtudio, & libris. Cap. XI.

e Pet. 1. 3. IMperito clerico nihil dici, excogitariuè poteſt turpius, nunquam enim ignarus clericus poterit ritè officium ſuum exequi, qui ne intelligit quidem, quæ legit, tantum abeſt, vt ſciat, aut valeat contradicentibus fidei noſtræ reſiſtere, & reddere rationem omni poſcēti fidei noſtræ, & eorum ſignificationem declarare, quæ fiunt, quæq; dicuntur in eccleſijs, quæ myſterijs ſunt pleniſſima ſiue dum ſacramentis initiantur Chriſtiani, ſiue quid aliud myſticè in eccleſia fit. Igitur & ſi clericos omnes eruditos eſſe oporteret, noſtros tamen

cano-

Canonicos, & aliarum Eccleſiarum Præpoſitos, ſiue Priores, & vniuerſos animarum curam habentes potiſſimũ non vulgaris eruditio deceret, cum ipſorum munus ſit de rebus grauibus, & ad regimen totius gregis nobis commiſſi vnà nobiſcum pertractare, & reliquũ clerum minus fortaſſe eruditum doctrina, & exemplo inſtituere. Hic igitur locus aptus viſus eſt agendi de clericorum ſtudio, cum non ignoremus multos Curatorum, Præpoſitorum, atq; Canonicorum noſtrorum ea doctrina carere, quæ ab eis exigeretur, vt verò tales euadant, quales eſſe deberent, nos ex parte noſtra dabimus operam diligenter. Vtinam autem multi ipſorum ſibi ipſis non deſint. Miſeret nanque nos temporum noſtrorum, quibus clerici omnia alia potius agunt, quàm quæ præcipua eſſent officij ſui. Pleroſque enim clericos licet videre, nulla ferè alia re à laicis differre, niſi tonſura, & toga, cæterum ita ſtudioſe res ſeculares tractare, adeò mundi ſollicitudinibus immerſos, vt nulla, aut perexigua illis cura videatur eſſe clericalis profeſſionis, reclamantibus ſacris Canonibus, qui mandant clericis, ne ſe negotijs ſecularibus immiſceant, reclamante Apoſtolo, qui vetat clericum Deo militantem implicare ſe negotijs ſecularibus, quod quidem ex auaritia fieri cognoſcitur, quæ eſt omnium malorum radix. Quòd autem clerici ita ſe deiciant, & dignitatis ſuæ obliuiſcantur, id nos maximè putamus fieri ex ſupina quadam, & affectata ipſorum ignorantia, qui non ſolùm non attendunt, quæ ſua ſunt exercitia, ſed illa quoque reiciunt ſtudia, ex quibus ipſorum imperitia ſanari poſſet, & ipſi officij ſui commoneri, tan-

2.Tim.2

1.Tim.6

Pſal.

quam

quam aſpides ſurdæ obturantes aures ſuas, ne audiant vocem incantantium ſapienter. Quò enim pacto erudiri erunt clerici noſtri, qui ne doceri quidem ſe patiuntur? Quòd ſi alibi turpe eſt cernere clericos imperitos, hoc certè in vrbe Ticinenſi indigniſſimum eſt iudicandum, vbi & Theologiæ, & ſacrorum Canonum profeſſores ſtipendijs Regijs cōducti gratis docent. Nos quoque aliquot lectiones pro rudibus informandis publicè legi mandauimus, quibus ex rebus conſentaneum eſſet, clericos noſtros meliores, doctioresque fieri. Nos igitur & ſi multos perferre cogimur iam ad ſacerdotiū, dignitates, & curam animarum promotos, qui ſi de nouo ordinandi eſſent, nequaquam à nobis probarentur, poſt hac tamen cautionem diligentem adhibebimus, ne quis admittatur minus aptus obeundo muneri, ad quod aſſumetur. Interim ſedulò monemus omnes, & in Domino hortamur, vt ſtudia ſacrarum litterarum capeſcere velint, quiſque pro captu ſuo. Turpe eſt. n. cuique artem ignorare, in qua verſatur. Delectetur clericus quiſque libris ſanam doctrinam continentibus, eamq; arbitretur ſuppellectilem maximè honorificam, habere libros quamplurimos. Sacra quidem biblia nunquam de clericorum manibus deponi deberet. Diuus Hieronimus hoc antidotum ſaluberrimum tradit clericis contra luxum, ama, inquit, lectionem ſcripturarum, & carnis vitia non amabis. Si igitur omnes non poterunt in ſtudijs Theologiæ, vel ſacrorum Canonum excellere, ſaltem eos libros maximè familiares habebunt, qui eos doceant, quo pacto ipſi erga Deum affecti eſſe debeant, & quibus maximè rationi-

In procem. ff. uet.

Hier. ad Ruf.

bus

bus ſacramenta ritè miniſtranda ſint populo, cuiuſmodi multos viri nonnulli pietate, & doctrina inſignes conſcripſerunt pro communi rudium ſacerdotum vtilitate. Habeant quoque omnes clerici librum Conſtitutionum noſtrarum, & ſæpe eas perlegant, non ſolùm, vt ipſi clerici exequantur, quæ ad ipſos pertinent, ſed etiam vt populos de ijs commonefacere poſſint, quæ ipſorum cauſa fuere conſcripta. Sacerdotes quoq; omnes, & maximè Curati habeant librum Baptiſmalem, & ordinarium Miſſæ, quos omnes libros imprimi curabimus, vt omnes ijſdem ritibus vtantur in celebrandis Miſſis. Neque enim ferendi ſunt, qui in maximum animarum ſuarum præiudicium, & aliorum ſcandalum præſumunt aliquid innouare in Miſſæ ſacrificio, in quo celebrando decet Sacerdotes omnes cōcordare. Qui igitur Sacerdos ſine his libris, vel aliquo eorum fuerit repertus, ſi priuatus Sacerdos fuerit in ſcuto vno punietur, curatus in duobus. Eandem quoque pęnam luet Curatus, qui preter eos libros Summam aliquam caſus conſcientiæ declarantem domi nō habuerit, vel qui in Miſſa ritus nouos induxerit, vel Miſſas inuſitatas celebrare auſus fuerit. Hortamur quoque omnes clericos, vt Sacra Biblia, & alios pios, & eruditos libros habere, & ſtudiosè legere velint. Hæc enim ſunt clericorum arma, & inſtrumenta, quibus & ſuam & aliorum ſalutem operari poterunt. Neq; vlla omnino dies præterire deberet, cuius clericus quiſq; partem aliquam, vel horam ſaltem ſacris ſtudijs non dedicaret.

ADDITIO AD CAP. XI.

¶ Cum propter illiteraturam clericorũ quandoq; multa mala perpeſſa fuerit eccleſia, indeq; plures pullulatæ ſint hæreſes, vtiq; huiuſmodi clerici, cum exteriori effulgeant clericalis dignitatis decore, interiori autem ignorantiæ nigritie offendantur, verè comparantur illi falſo apud Babilonios Idolo, quod Daniel argutè ità irriſit, Ne erres Rex, iſte enim eſt intrinſecus luteus, & forinſecus æreus. Huic & illud arridet, Introrſum turpis, ſpecioſus pelle decora. Contra verò qui elegantiſſimo ſapientiæ, ac prudentiæ ſplendore clareſcunt, valdè intelligenter per auream partem throni ſuperiorem, in quo Salomonis caput conquieſcebat, exprimuntur. Indè in quibuslibet clericis aureum iſtud reclinatorium Salomonis, quod nil aliud repræſentat quàm ſapientiam, & ſcientiã, valde deſideramus: debet namq; eorum opus in prædicatione, & doctrina conſiſtere, prouideq; ſcripturas ſacras, & canones ſcire, ac ſi lis ſcientia, atq; operum diſciplina Dei populum inſtruere. Habeant igitur quilibet Clerici libros in ſupradicta conſtitutione cõmemoratos, vltrà quos iubemus, quod & penes ſe teneant has Conſtitutiones, & alias omnes, quæ in poſterum condentur; Retineant inſuper Concilium Tridentinum, Cathechiſmum Romanum, & Miſſale ex reformatis, quorum lectioni ita ſint addicti, vt continuis laboribus, aſſiduis vigilijs, & perpetuis ſtudijs, generoſus, & liberaliter inſtitutus animus cupidinis tædas comprimat, vtq; illud ſapientiæ, & ſcientiæ culmen nanciſci poſſint, quo res, prout ſunt, deguſtare valeant, mala ſcilicet malè, bona benè, optima optimè, quo virtutes proſequantur, & animi contentione, ac induſtria vitia omnia concutiant, & euertant, atq; tandem in omnium conſpectu ita eluceſcant cunctarum virtutũ nitore, vt inter Chriſti commilitones non indignè videantur adſcripti.

De calendario, ſeu tabula conficienda, quam omnes ſequantur. *Cap. XII.*

SIngulis annis Sacriſta cathedralis eccleſiæ, ſeu Magiſter ceremoniarum tabulam, ſeu ordinem officij conficiat, quem quilibet Sacerdos, & alij clerici ad Diuinum Officium obligati habere teneantur, ac in recitando Diuino Officio ſequi. Ne qua diuerſitas, ſeu deformitas in clero noſtro appareat. Qui hanc tabulam non habuerit, vel non emerit per totam Natalis Domini octauam. Et hunc ordinem non fuerit ſecutus in ſolidis quinquaginta imperialium puniatur.

ADDITIO AD CAP. XII.

¶ *Ut tabella officij recitandi per clericos obligatos huius noſtræ Diœceſis ſecuriori, quo poſſit ordine compilatur, volumus, quod antequam impreſſioni tradatur, reuideatur per duos ex dignioribus Cleri per nos annuatim deputandos.*

De commemoratione Diui SYRI, & aliorum Ticinenſium Epiſcoporum feſtis celebrandis.

IN Matutinis, & Veſperis omnes Diuinum Officium dicentes teneantur ſub pœna ſcuti vnius, commemorationem facere Diui Syri huius Almę vrbis doctoris, & tutellaris, nec non aliorum Diuorum Epiſcoporum huius vrbis feſta duplicia ſuis temporibus celebrare, qui, vt optimis ſuis Inſtitutis, Ieiunijs, Vigilijs, & Orationibus hanc vrbem Chriſto aquiſierunt, & conſecratũt, ita credendum eſt, eos non ceſſare aſſiduè populum Ticinenſem apud clementiam Diuinam commendare

mendare, & adiuuare. Qui dies feſti obſeruentur, etiam à regularibus, & exemptis. iuxta decretum Synodi Tridentinæ.

ADDITIO AD RVBRICAM DE COMMEMORATIONE D. SYRI.

¶ Cum firmiter credendum ſit, Diuum Syrum Patronum, & Aduocatum noſtrum continuò ad Deum preces effundere pro ſalute huius Ciuitatis, & Diœceſis, eamq; ſicut columnam ſuſtinere, ſicut turrim munire, ſicut ſcopulum omnes undarum aſſultus repellere, & ſicut luminare tenebras impietatis, & errorum à fide ad hæc uſq; tempora, gratia Dei fauente, diſcuſſiſſe; ita æquum, & pium eſt, ut meritis eius conſociemur, & orationibus adiuuemur, non ſolùm Eccleſiaſtico officio eius commemorationem uenerari, uerum etiam ſacro feſtiuitatis myſterio eius diem non in Ciuitate tantùm, prout ſolitum eſt, ſed & per totam Diœceſim perenni memoria recolere. Iubemus igitur ſub pœna peccati mortalis, & interdicti ipſo iure & facto incurrenda, Diui Syri Fæſtum non ſolùm in Ciuitate: ſed etiam per totam Diœceſim noſtram ab omnibus ſolemniter cælebrari debere, eoq; die ceſſandum eſſe ab omnibus operibus ſeruilibus. Optaremus etiam, ut unuſquiſq;, quo religioſius tantus Patronus recognoſcatur, pridiè illius diei fæſtum ieiunaret. Ea iisdem ratione uolumus, quòd fæſtetur per loca, & Parochias ſub eadem pœna peccati mortalis ſolemnitas Sancti Titularis illius loci, ſeu Parochiæ, ut imitemur eos, qui præceſſerunt, & gaudeamus de illis, qui orant pro nobis. Nam licet uniuerſi Sancti orationibus proſint, omnibus ſpecialiter illi tamen pro nobis interueniunt, ſub quorum protectione uiuamus, ac tutela conquieſcimus. Pium etiam eſſet ſi uigilia illius Sancti à Chriſti fidelibus ieiunaretur, ut natalitia, & feſtiuitates San-

ctorum ea qua decet ſobrietate, complere poſſimus ſub eadem pœna interdicti ipſo iure & facto volumus ſeruari debere omnes alios dies fæſtos tàm de præcepto, quàm de conſuetudine ſeruari ſolitos, exceptis caſibus neceſſitatis cum conſenſu tamen & licentia Parochi.

Vt Miſſa, & lectiones præuideantur. *Cap. XIII.*

NVlla alia in re tãta adhibenda eſt diligentia, quàm in cultu Diuino, ne quod ſcandalum, vel tumultus circa rem tãtam oriatur, vel in clero, vel in populo, dum ab aliquo erratur, in Miſſa, vel in lectionibus, quę publicè in Eccleſijs recitantur. Mandamus igitur cuiquè Sacerdoti Miſſam celebraturo, vt Miſſam præuideat diligenter, atque omnia loca, & orationes notet, ne opus ſit deinde ipſum hæſitare, & neceſſaria quærere, cum ad Altare ventum erit, & cum populus aderit pro audiendo ſacro, vel aſtantes offendi, cum barbariſmos audiunt, vel aliàs clericos malè legentes. Præcipimus quoque cuiquè recitaturo palàm in Eccleſia lectiones, vel Euangelia, vt eandem diligentiam adhibeat ijs præuidendis, nequa in re peccetur. Qui autem notabiliter errauerit vel in Miſſa, vel in lectionibus, aut Euangelijs in ſolidis viginti puniatur, ſi præuiderit, ſi verò non præuiderit ſoluat duplum. Neque tamen fas ſit cuicunque corrigere errantem in choro, ne maior tumultus excitetur, ſed hæ ſint partes illius, cuius proprium erit munus corrigere delinquentem, id quoque modeſtè fiat.

ADDITIO AD CAP. XIII.

¶ *Ut Miſſæ ſacrificium eſt re vera Dominicæ paſſionis, & illius cruenti ſacrificij, quod in Cruce pro nobis eſt oblatum, ſancta quædam, & viua repræſentatio, atq; ſimul incruenta, & efficax oblatio, & ita rationi conſonum eſt, ut populo fideli ſic diſtinctè Miſſa recitetur, quòd in eorum memoria, fides, & gratitudo in Redemptorem ipſum viuida quotidie excitetur, confirmeturq;, ut ipſemet Saluator dixit. Hoc facite in meam commemorationem. Cum autem nobis relatum fuerit, aliquos eſſe Sacerdotes, qui poſtquam ſacrum Præsbiteratus ordinem ſuſceperunt, ita ſe à ſtudijs, & ſacrorum librorum lectione alienant, ut rudes; & ignari pœnitus reddantur, & præcipuè in recitanda Miſſa, Conſtitutionem ſuprascriptam negligentes verba ipſa ità ſæpè effundant, ut longè aliud, quàm Diuina Chriſti Euangelia, & ſacras litteras audiamus, quorum verba ità corrumpunt, atq; funditus euertunt, ut non cœleſtia eloquia, ſed confuſum neſcio quid, & deprauatum ſit è aliquo ſenſu ſentire videamur. Ideò ut huic ſcandalo prouideamus, præcipimus quibuſcunq; Sacerdotibus, ut prædictam Conſtitutionem ad unguem obſeruent; animaduertantq; nè in Miſſa recitanda tardius, aut celerius, quàm par ſit, verba preferant, ſed ità grauiter, & intelligibiliter, ut ob oculos, & aures circunſtantium nihil aliud quàm commemoratio illa ſancta obſeruetur, tantiq; ſacrificij maieſtas magis commendetur, ac mentes fidelium his adminiculis exterioribus ad meditationem rerum Diuinarum, quæ in hoc ſacrificium latent, facilius inflammentur. Studeant etiam antequam cœlebrent facere debitam meditationem, & præparationem, ac pias præcationes ante Miſſam deſtinatas perſoluere, ut cum ſincera, & pura conſcientia ad altare Domini poſſint accedere, & corpus, ac ſanguinem eius non ad iudicium,*

ſed ad remedium animæ mereantur, quantum poßunt cum Dei adiutorio accipere. Peracta Miſſa orationes, item pro gratiarum actione recitent, vt fructum Diuinæ gratiæ in ſpirituali refectione receptum in ipſis permanere poſſit, & eccleſia ſponſa ſit continui adiutorij. Et cum hoc tàm magnum ſacrificium poſtulet etiàm in Sacerdotibus externam quandam politiam, qua ſignificatur interna animi compoſitio; Ideò monemus omnes Sacerdotes, nè ad Miſſam cœlebrandam ſordidi, ac immundi ſe accingant, ſed prius lotis manibus, & maiori, qua decet munditie, ad celebrandum accedant; hanc tamen externam munditiem in clericis deſideramus quidem, at non odioſam, & exquiſitam nimis, ſed eam, quæ politicum, non mollem, & effeminatum oſtendunt hominem. Nullus item accedere audeat ad altare cœlebraturus abſq; bireti in capite. Qui autem in aliquo horum defecerit grauiſſimè punietur arbitrio noſtro, etiam per ſuſpenſionem à Diuinis.

De Altarium apparatu. Cap. XIIII.

VNiuerſum quidem templum nitidum eſſe conuenit, vt quod eſt domus regis regum. Altaria verò, quæ menſa Domini appellantur, & ſunt, in quibus conſecratur, offertur, & adoratur, tremendum, ac ſacroſanctum myſterium Corporis, & Sanguinis Domini, ita apparentur, vt dignnm eſt maeſtate tanti Sacramenti. Nihil in eis ſit niſi mundum. Nihil in ijs conſpiciatur, quod oculos intuentium offendat. Semper in Altari Sacerdos celebrãs Crucem ob oculos habeat, quàm ſubinde intueatur, & aſſiduè ad mentem reuocet Chriſti paſſionem. Non innitantur Altaribus ſeculares,

res,& multo minus illis inſideant,caueatur,ne quid Altaribus indecens ſuperponatur, Prohibemus autem etiam Sacerdoti celebranti, nè pileum ſuum, ſeu biretum Altari ſuperponat, cùm læuiſſimus quiſque homuncio ſtomacharetur, ſi ſuper menſa, in qua comeſturus eſt,aliquis hominis Pileus poneretur. Neque verò veſtes Sacerdotales, quibus celebraturus induetur, erunt laceræ,vel ſordidæ. Quòd ſi in aliquo præmiſſorum peccatum fuerit,grauiter plectetur delinquens arbitrio Iudicis.

ADDITIO AD CAP. XIV.

¶ Quo ſacra Dei altaria, qua conuenit magnificentia, & maieſtate retineantur ideò, hic deſcribere curauimus, ea quibus ornata eſſe volumus altaria ipſa, vlz. altare igitur lateritium ſit cum tabulatu ligneo ſuper menſa altaris, habeat Iconam cum ſua tella ſangali ad eam cooperiendam temporibus debitis, vel ſaltem loco Iconæ imaginem Sancti titularis decenter in muro pictam. Adſit altare portatile in forma vlz. longitudinis vnciarum decem, & latitudinis vnciarum octo inſertum in medio altaris lateritij, & tabulati aliquantulum eleuatum. Super altare retineantur tres tobaleæ, quarum altera vlz. ſuperior ſit ita oblonga, vt deſcendat ab vtroq; latere altaris, & pertingat vſq; ad bardellam, aliæ verò duæ ſint capacitatis tantummodo totius menſæ altaris, cooperiaturq; tella ſangali poſt cælebrationem Miſſarum. Sit munitum Cruce, & pede æneis, et candelabris duobus ad minus pariter æneis, cum tabella decenti pro ſecretis. Antè Altare retineatur palium vnum ſaltem coramini deaurati, vel aliter dummodo ſit decens. Hæc omnia diligenter obſeruentur ſub pœna interdicti Altaris, & ſuſpenſionis a Diuinis Sacerdotis cælebranti.

De

De præparandis alijs ſacrificio Miſſæ opportunis. *Cap. XV.*

SErio etiam animaduertent celebraturus,& Sacriſta, vt Hoſtiæ integræ, mundæ, & non nimis vetuſtæ ſint,vinum ſit purum,recens, & album, ſi fieri poteſt. Aqua cærei, & cætera vſibus tanti ſacrificij neceſſaria in tempore præparentur. vel minima enim negligētia in hijs tãtis myſterijs grauiſſima pęna plectet.

ADDITIO AD CAP. XV.

¶ Quamuis in vino etiam nigro conficiatur Sacramentum, cum tamen id quandoq; poſſit nauſeam gignere,ſtomacoq; ieiuno non ita ſit conferens, & aptum proue vinum album, & in hac Ciuitate, & Diœceſi facile ſit vbique de vino albo prouidere; Ideo decernimus, & iubemus,quod quilibet Sacerdos in celebratione vtatur vino albo ſi facilè haberi poterit non autem nigro ſub pæna Sacerdoti celebranti, & contrauenienti arbitrio noſtro imponenda.

De Calice. Cap. XVI.

PRohibemus, nequis Sacerdos poſt hac audeat celebrare in Calice fracto vel ſtãneo,aut ex auricalcho, ſed omnes Calices vſibus tanti Sacramenti deputandi, erunt ſaltem ex argento toti inaurati, ſi fieri poterit. Quòd ſi beneficij tenuitas vel loci penuria non ferent tãtum ſumptum,habeat Calix ſaltem cuppam (quam appellant) argenteam. pœna ſit contrafacienti quinquaginta ſolidorũ Imper. quotieſcunq; peccatum fuerit, cui pęnæ volumus ſubiacere ēt Sacerdotem,qui ſupra corporalibus immundis, vel fractis auſus fuerit celebrare.

ADDI-

ADDITIO AD CAP. XVI.

¶ *Vt Calix in quo conſecratur magis decens ſit, volumus, quod hi, quibus in poſterũ erit neceſſarium Calices emere, de his ſibi prouideant iuxtà formam per nos præſcribendam, & dandã aurifici. Patena autem ſit menſura vnciarum quinque ad minus, & habeat medium, in quo retinetur Hoſtia aliquantiſper magis concauum, quàm ſunt patenæ, quæ nunc ſunt in vſu.*

Quòd non celebretur niſi in Eccleſijs, conſecratis aut Oratorijs viſitatis, et approbatis. Cap. XVII.

LOci circumſtantia qualibet in re magnum ſemper habuit momentum, ita vt res multæ alioqui præclaræ, & laudabiles, ſi in loco non decenti fiant, indecorè fieri, & vileſcere videantur. Deus quidem per Moiſen Iudæis vetuit, ne in omni loco offerrent hoſtias, ſed in eo tantùm, quem elegiſſet Dominus, qui & ſi nullo loco ſit circonſcriptus, ſed numine ſuo, & maieſtate omnia ambiat, atque contineat, ita vt vbique poſſit, & debeat in ſpiritu, & veritate adorari. In locis tamen ipſi conſecratis præcipuè eſt colendus, & ſtatutis temporibus in his potiſſimum locis latriæ cultus ei eſt exhibendus. Cum igitur in noſtra ciuitate, & per totam diœceſim, religioſorum Principum munificentia, & maiorum noſtrorum pietate ſatis ſit ędium Deo conſecratarum, in quibus eccleſiaſtica Sacramenta, vt plurimũ à Chriſti fidelibus percipiuntur, volumus nulli Sacerdoti licere poſt hac in ſecularium priuatis ædibus Miſſæ ſacrificium celebrare, & niſi horis debitis ideſt ab au-

rora

tota vſque ad nonam propter Sacramenti Euchariſtiæ præſtantiam,& dignitatem. Quicunque autem Sacerdos poſthac auſus fuerit Miſſam dicere in alijs locis præterquam in conſecratis Deo Templis,aut Oratorijs per nos ſeu Vicarium noſtrum viſitatis, & approbatis, vel alio tempore quàm legitimè permiſſo, vel cum ſubiecto in capite mulctetur in ſcutum vnum, quoties contra hoc Decretum fecerit.

Neminem ad celebrandum admitti oportere, qui prius legitimas bullas non oſtenderit.

Cap. XVIII.

NVlli etiam liceat admittere peregrinum,& alienigenam Sacerdotem tàm regularem, quàm ſecularem ad celebrandum Miſſas in vrbe, vel diœceſi Ticinenſi, vel ad exercendum alia miniſteria Sacerdotalia, vel ad prædicandum Diuinum Verbum, qui prius non fecerit fidem legitimè ad officium noſtrum,ſe ritè promotum, & nulli cenſuræ ſubiacere, & licentiam obtinuerit in ſcriptis à nobis, ſeu Vicario noſtro celebrandi,prædicandi,& alia exercendi. Qui contra hanc Conſtitutionem noſtram auſus fuerit celebrare, aut prædicare, puniatur in ſcutum vnum, cui penæ etiam ſubiaceat Sacriſta, vel Curatus,qui id permiſerit. Qua de re, & de proximè præcedenti Conſtitutione libuit hic Decretum Synodi Tridentinæ ſubdere.

Decretum Synodi Tridentinæ. Cap. XIX.

DEinde vt irreuerentia vitetur, ſinguli in ſuis diœceſibus interdicant, ne cui vago, & ignoto Sacerdoti Miſſas celebrare liceat. Neminem præterea, qui publicè, & notoriè criminoſus ſit, aut Sancto Altari miniſtrare, aut ſacris intereſſe permittant, nèue patiantur, priuatis in domibus, atq; omnino extra eccleſiam, atq; ad diuinum tantùm cultum dedicata oratoria ab eiſdem ordinarijs deſignanda, & viſitanda ſanctum hoc ſacrificium à ſecularibus, aut regularibus quibuſcunq; peragi, ac niſi prius interſint decenter compoſito corporis habitu declarauerint ſe mente etiam, ac deuoto cordis affectu non ſolùm corpore adeſſe. Ab eccleſijs verò muſicas eas vbi ſiue organo, ſiue cantu laſciuum, aut impurum aliquid miſceatur, Item ſeculares omnes actiones, vana atque adeò profana colloquia, deambulationes, ſtrepitus, clamores, arceant, vt domus Dei verè domus orationis eſſe videatur, & dici poſſit.

De eccleſiarum reparatione. Cap. XX.

IN viſitationibus per nos, & per Vicarios noſtros factis reperimus aliquot eccleſias ſiue vetuſtate, ſiue Dominorum incuria, & temporum calamitatibus ita collapſas eſſe, vt valdè ſit indignum, & non ferendum, domos Dei ita negligi. vt igitur. quæ collapſæ ſunt, & maximè curatæ tegantur pauimento, laquearibusque exornentur, & inſtauratæ, qua decet honorificentia, teneantur, Mandamus omnibus eccleſiarum curatoribus

ribus extra vrbem, vt intra duos menſes à die publicationis præſentium conſtitutionum, in vrbe verò intra menſem, nos ſeu Vicarium noſtrum admoneāt de ſtatu ſuarum eccleſiarum, quæ reparatione eguerint, vt, nos de ſalubri remedio pro earum reparatione poſſimus prouidere, ſatagemus enim, vt omnino reparentur ſumptibus, vel Dominorum, vel Parrochianorum collationibus, aut vnionibus vicinarum eccleſiarum non parochialium collapſarum, aut alia commodiori via. Quòd ſi opus erit loci inſpectione, viros etiam induſtrios ex clero deſtinabimus, qui in rem præſentem eant, & loca ipſa viſitent, vt ſalubriter collapſarum eccleſiarum reparationi, quam citiſſimè prouideatur.

De clericatibus non habentibus aliquod onus. Cap. XXI.

QVicunque habuerit aliquem titulum beneficij, ſeu clericatus (cui nullum dicatur onus annexū) cum aliquo redditu, is in habitu incedat. In Miſſis & cæteris Diuinis officijs, & miniſterijs parocho deſeruiat, eumque adiuuet, cum ſacramenta populo miniſtrat, eccleſiam purget, & exornet, vel alium clericum cum honeſta mercede alat, conducatuè, qui hęc omnia exequatur in eccleſia Parochiali, ſub cuius iuriſdictione ille clericatus ſitus erit, vel in viciniori. Ad id enim quoſcunq; clericatus teneri declaramus hac conſtitutione, & obligamus ſub pœna ſcutorum vigintiquinq; quotannis ſoluenda. Cum veriſimile non ſit, hæc bona eccleſijs relicta fuiſſe, vt quis ijs potiretur nulla præſtita

Eccleſijs ſeruitute. Imo contrarium penitus eſt credendum, hos clericatus initio inſtitutos, quò ſemper adeſſent clerici presbyteris celebrantibus diuina, & qui ſufficerentur defunctis antiquioribus presbyteris, quod cum in deſuetudinem abierit, & tamen maximè expediat ad Diuinum cultum, reuocandum denuo eſt in priſtinum vſum.

De Canonicis non habentibus onus perſonaliter reſidendi. Cap. XXII.

Canonici cuiuſcunque eccleſiæ, qui hactenus non conſueuerunt aliquod ſeruitium præſtare eccleſijs, in quibus exiſtunt Canonici, poſthac teneantur, aut ipſi perſonaliter (quod mallemus) eccleſijs ſuis deſeruire, aut ſaltem per ſubſtitutum, ſaltem diebus ſolennibus, & feſtis, in Miſſis, & Veſperis, ſub pœna amiſſionis tertiæ partis fructuum præbendæ, quæ inter reſidentes diuidatur quotannis. Perabſurdum eſt enim aliquem de redditibus eccleſiæ viuere, cui nullam ipſe exhibeat ſeruitutem.

ADDITIO AD CAP. XXII.

¶ Quia quamplurimæ aliæ functiones fiunt in eccleſijs, quæ ſeruitio beneficiatorum egent, ideò hoc decretum extendimus ad proceſſiones Sanctiſſimi Sacramenti, ſeu alia de cauſa faciendas, ad Antiphonas Beatæ Virginis, ſeu ad alias omnes orationes decantandas ſerò in Dominicis, & alijs diebus, quibus exponitur Sanctiſſimum Sacramentum, & ad quoſcunq; alios actus, & functiones, quas fieri contingit in eccleſijs: his enim intereſſe, & inſeruire æquum eſt beneficiatos, vt cum de altari viuant, altari inſeruire habeant.

De Clericis nullı certæ eccleſiæ addictis, ſeu peregrinis. Cap. XXIII.

ECcleſia horas quaſdam præcipuas ſtatuit perſoluẽdis Diuinis Officijs, & fundendis Deo precibus, quo tempore clerici omnes deberent promptè ſe ad eccleſias cõferre, & vnanimiter penſum ſuum abſoluere, quo fieret, vt ipſi debito ſuo ſatisfacerent, & laicos ad laudandum Deum excitarent. Aliqui tamen deſides clerici, qui vel nullius eccleſiæ ſeruituti ſunt addicti, vel fortè non reperiuntur in Ciuitatibus, ſeu oppidis, vbi ipſorum eccleſiæ exiſtunt, tempore diuinorum eligunt potius ociari, ludere, vel cum aliquo congerone ſuo fabulari, (ne quid grauius dicatur) quàm diuinis intereſſe in maximã ipſorum animæ perniciem, & populorum ſcandalum Inanis eſt n. nonnullorum defenſio exiſtimantium ſe excuſatum iri, quia fortè non reperiantur apud ſuas eccleſias. Cum enim vnus ſit omnium clericorum Dominus, cuius ſeruitijs totos ſe dediderunt, & vna ſit Chriſti eccleſia, non videmus, quare non teneri ſe arbitrentur, ad laudandum Dominum ſuum ſtatutis horis, vnà cum conclericis ſuis, etiam ſi ab eccleſijs ipſorum procul abfuerint. Ne quis igitur clericus poſthac officio ſuo deſit. Mandamus omnibus clericis etiam alienigenis, & peregrinis non ſolum noſtratibus, vt ſi fortè in aliqua ſolemnitate, vel die feſto contigerit abeſſe à proprijs eccleſijs, interſint ſaltẽ Miſſis, & Veſperis in illis locis, & eccleſijs, vbi fortè reperti fuerint, niſi aliqua grauis cauſa impedimẽto fuerit. Qui

verò clericus, ſeu Sacerdos nulli eccleſię addictus fuerit, teneatur ad eam eccleſiam ſe conferre diebus ſolennibus, & feſtis, in cuius iuriſdictione commorabitur, atque ibi vnà cum cæteris intereſſe diuinis ſub pęna ſolidorũ viginti quinq; quotieſcunque contrafactũ fuerit.

ADDITIO AD CAP. XXIII.

¶ *Mouemus clericos debere intereſſe Diuinis, prout iubet ipſa Conſtitutio non ſimplici habitu talari; ſed cum ſuperpelliceo, & birreto: alioquin declaramus, non eſſe ſatisfactum menti huius Conſtitutionis.*

Ne fiant de nouo depoſita in eccleſijs. Cap. XXIIII.

POſtquam hoc cõſecuti ſumus Diuina fauente gratia, quòd depoſita, vexilla bellica, & cætera (quæ humanum faſtum etiam in mortuis teſtabantur cum maximo diuini cultus dedecore) ab eccleſijs noſtris ſublata ſunt, Ne poſthac tale quid imperitia vel auaritia religioſorum committatur, ſtatuimus, ne quis in futurum depoſitum aliquod in eccleſia fieri curet, permittatuè ſub pęna ſcutorum decem tàm perſonis eccleſiaſticis permittentibus, quàm etiam fabro conſtruenti, aut Domino fieri mandanti.

Ne fiant monumenta in eccleſijs inconſulto Epiſcopo. Cap. XXV.

NE qua verò in parte loca Deo conſecrata, & ſuſcipiendis ſacramentis, ac faciẽdis orationibus dedicata

dicata neglıgãtur, nolumus cuiquam licere intra ſepta eccleſiæ de nouo facere monumentum, ſeu ſarcophagum, abſque noſtra ſeu vicarij noſtri licentia in ſcriptis. Quæ verò monumenta hactenus fundata ſunt, benè clauſa teneantur cum operculis lapideis, ne quis teter odor exhalet. Qui contrafecerit, ſeu fieri permiſerit in ſcutis decem puniatur.

ADDITIO AD CAP. XXV.

¶ Cum non itá decenter ſe habeant in eccleſijs monumenta ſolo operculo coctis lateribus confecto; ideo volumus, & ſancimus, vt in poſterum quæcumque monumenta cooperiantur lapide marmoreo cum ſuis coagmentis, ſeu vt aiunt, in caſtris marmoreis pariter. Monumenta autem, quæ nunc ſunt constructa, ſed dictis operculis, & incaſtris marmoreis carent termino trium menſium prædictis operculis, & incaſtris aptentur, alioquin fiant interdicta, & terra repleantur; nec in eis aliqua ſepeliantur cadauera ſub excommunicationis pœna. Si quæ autem reperiuntur ſepulchra, quæ ſint, vel reſpondeant ſubtus altaria, ea ſtatim terra repleantur, nè quis eis vti poſſit.

De Cœmiterijs clauſura circundandis. Cap. XXVI.

COemiteria nomine ſolo ſatis teſtantur, ibi eſſe locum humandorum Chriſtianorum, qui cũ ſpem certiſſimam habeant futuræ vniuerſalis reſurrectionis, hæc loca appellant cœmiteria, quaſi latinè dicas dormitoria, quòd Chriſtianorum cadauera ibi dormiant, & quieſcant, donec Domini iuſſu, & Angeli tuba excitentur mortui à diuturno hoc ſomno, vt occurrãt om-

2.Cor. 5 nes Domino. Accepturi ab ipſo, prout quiſque geſſerit in corpore, ſiue bonum ſiue malum. Ita Apoſtolus appellat Chriſtianos vita functos, non mortuos, ſed dormientes. Decet igitur Chriſtianos omnes non modicam curam habere, vt in loco honeſto, & Deo ſacrato ipſorum cadauera locentur. Scimus namq; Abrahæ, Ioſepho, & alijs Prophetis propter ſpem reſurrectionis maximam curam fuiſſe ſepulturæ. Mandamus igitur omnibus nobis ſubditis, vt cœmiteria munda teneantur, neque vſibus humanis applicentur, & clauſa ſint, ne feris vel belluis pateant, & vbi clauſa nō ſunt intra annum muris circundentur, aut ſaltem valida ſepe aliqua impenſis illius communis ſeu oppidi, vbi ipſa cœmiteria ſunt ſub pœna ſcutorum decem. Niſi forte hæc cœmiteria eſſent cōtigua collegiatis eccleſijs. Hoc enim caſu volumus ipſas collegiatas teneri cingere muris ipſa cœmiteria ſub ijſdem pœnis, & intra eundem terminum.

1.Cor.15
1.Tim.4
Gen. 23. & 50.

ADDITIO AD CAP. XXVI.

¶ Ita nitida, & munda eſſe debent cœmeteria, prout mandat Conſtitutio, vt in eis non poſſint retineri arbores, aut fructus cuiuſuis generis. Ideò edicimus, quòd ſi in aliquibus cœmeterijs adſunt arbores, prorſus termino octo dierum euellantur, & extirpentur, ac vſibus cœmeterij, ſi opus erit, aut eccleſiæ applicentur. Volumus inſuper, vt locus cognoſcatur Eccleſiaſticus, quòd in medio cœmeterij eleuetur columna marmorea, ſeù lapidea, aut ſaltem lignea cum cruce ferrea in eius ſummitate, expenſis eorum, qui de iure tenentur.

Mur-

Mundicies interna celebraturo neceſſaria. *Cap. XXVII.*

HActenus dicta, quæ prouidenda, & apparanda, vel in ſacerdotibus, vel in ſacris templis, ne Miſſæ ſacrificium vileſcat in oculis hominum, qui cernunt ſolum ea, quæ foris ſunt, vt autem Deo, qui cor intuetur, ſatisfiat, multo maior cura eſt adhibenda ſacerdoti celebraturo, nè tantis myſterijs indignè ſe ingerat, nec ea re Deus ad iracũdiam prouocetur, qua maximè placari conſueuit, ſi ritè, & cum dignitate fiat, & nè, quod potiſſimum medicinæ, & ſalutis cauſa inſtitutũ eſt, morbum augeat, & perniciem afferat. Querebatur Paulus multos corinthiorum infirmos & imbecilles eſſe, & pleroſq; mori, quia non ritè tractarent ſacroſancta hęc myſteria. Qđ ne cui accidat amplius, probet, ſe ipſum (inquit Apoſtolus) homo, antequam ad Altare accedat, nimirum per confeſſionem. Qui. n. manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit, & reus erit Corporis, & Sanguinis Domini. Hortamur igitur, & quantũ poſſumus præcipimus, ne quis audeat ad altare accedere cum conſcientia peccati, ne grauiſſimũ ſacrilegium committat, reuſq; ſit grauiſſimi crimi nis eorum, qui Chriſtum Dei filium, & Dñm Noſtrum crucifixerunt, & in peius indies ruat, experientia enim hoc nos docet, eos, qui frequenter ſacramentum Altaris tractant, qua poſſunt animi mundicie, & ſubmiſſione, maiores in dies progreſſus facere, & ire de virtute in virtutem (quod dicitur) eos verò, qui indignè

Reg. 1.

1. Cor. 2.

 dignè

dignè accedunt ad horrendum hoc Sacramentum in dies peiores fieri, & ita in malis obdureſcere, ac ſordeſcere, vt eorum ſalus ferè ſit deſperanda, & vt paucis multa cum Diuo Thoma complectantur, ſacramentū altaris mors eſt malis, vita bonis. Inſuper admonemus celebrántes, quòd ſepe eorum peccata confiteantur, ob idq; infirmitatis humanæ conſcius clementiſſimus Dominus medicinam ſaluberimam inſtituit, & curandis humanis vulneribus aptiſſimam; Hæc autem eſt pœnitentia, quotieſcunque igitur in aliquod peccatum labitur ſacerdos quāprimum medicinam hanc accipiat, & ſemper quidem ſacerdos celebraturus cum maxima cordis contritione ad altare debet accedere, ſed hoc nō ſufficit, cum aliquo lethali peccato ſe grauatum ſentit, tunc enim præter contritionem opus erit, vt medico vulnus detegat, & alicui per nos admiſſo ſacerdoti peccatum ſuum confiteatur, & medicinam ab eo opportunam quęrat, quòd tàm crebrò eſt faciendum, quantùm morbi modus requiret. Sed tamen qui frequenter celebrant, ſemel ſaltem in hebdomoda peccata ſua confiteri non omittant, ad quod ſalubriter concilium Tridentinum omnes ſacerdotes hortatur.

Seſ. 13 c. 7. ſi non decet.

ADDITIO AD CAP. XXVII.

¶ *Tantùm nobis cordi eſt mundities interna Sacerdotis celebraturi, quantùm tot efficaciſſimis verbis neceſſariam eſſe demonſtrat præſens Conſtitutio, quare iuſtum diudicauimus monere quoſuis ſacerdotes, quòd ſi ad aures noſtras peruenerit aliquem non obſeruare hoc decretum, prout & in hoc conſcientiam Præfectorum eccleſiarum oneramus ut talem nobis indicauerint irremiſſibiliter nos prout rei magnitudo, ac ſacrificij ſan-*

ſanctitas expoſcit, animaduertemus in ipſum: Memoria enim redeat quilibet Sacerdos qualiter Iuda Sanguinarius Chriſti hoſtis, & reus Corporis, & Sanguinis Domini iudicatus fuerit. Probet igitur ſe ipſum homo, (vt commemoret hæc litteris aureis commendanda Conſtitutio) ideſt diſcutiat, & examinet ſe ipſum, hoc eſt vitam ſuam inſpiciat, & conſideret, an dignè poſſit accedere, vel non. Poſtquam ſe probauerit, Ideſt per pœnitentiam peccata deleuerit, edat tunc de pane illo, & bibat de calice, ac ad Dominicam menſam purum ſe exhibeat, quia tunc ei proderit. Frequentiſſimè ideò quilibet Sacerdos peccata ſua confiteatur, quia ſi quotidie delinquimus, quotidie ad pænitentiæ lauacrum currere debemus, cum ipſa ſola virtus ſit, quæ euacuat, quod in ventre animæ culpa coadunat.

De clericis alendis ad eccleſiarum ſeruicia. Cap. XXVIII.

STudeat quilibet ſacerdos Miſſam celebraturus, & maximè Curatus clericum cũ cotta ſibi deſeruientem habere, Neque enim ferendum eſt, vt vxorati, & alij in profano habitu laici ſacerdoti in ſacrificij miſterijs ſeruiant. Qua in re cum grauiſſimè hactenus à multis peccatum ſit, cupimus omnes Curatos noſtros, qui habent aliquod ſacerdotium cum reddıtu, vt ſaltem clericum vnum alant, & erudiant, cuius opera in eccleſijs vtantur. In collegiatis vero eccleſijs mãdamus Prępoſitis, & Canonicis earum, vt plures & adminus duo ſint clerici, qui ſacerdotibus in diuinis miniſtrent, qui ſanctam crucem glorioſum chriſtianorum trophæum & vexillum geſtent, & alia munia adimpleant clerico

congrua, collegium, quod poſt menſem à publicatione harum cōſtitutionum ad præſcriptam formam clericos non habuerit, puniatur in ſcutis decem, Curatus habens beneficium pingue ſi non habuerit clericum, in quinque. Qui permiſſerit crucem in proceſſionibus, ſeu funeribus per alios geſtari, quàm per clericos in habitu exiſtentes luat ſcutum vnum. Indignum eſt enim,
Gal. 6. vt Crux non deferatur honorificè, in qua Paulus ait, Chriſtianos omnes gloriari oportere. Hi autem clerici parte congrua gaudeant oblationum quotidianarum quomodocunque Eccleſiæ obuenientium. Dignũ enim eſt, vt de altare viuat, qui altari ſeruit.

Quòd omnes exequantur onera de celebrando Miſſas. Cap. XXIX.

PLerique tàm ſeculares, quàm eccleſiaſtici, habent onera quædam verſus Eccleſias, ſeu Capellanias, aut alia pia loca ex fundatione dictarum Eccleſiarum aut dotatione, aut legato, quæ tamen non curant exequi, cui inconuenienti vt facilius proſpici poſſit, volumus, atque mandamus omnibus Præpoſitis, Archipresbyteris, Curatis, atque Sacriſtis ciuitatis, & diœceſis noſtræ, vt infra vnum menſem à die publicationis harum Conſtitutionum velint, & debeant ad officium noſtrum notificaſſe omnes, qui in eorum eccleſijs in huiuſmodi obligationibus deficiunt, ſeu in aliqua harum, & de his omnibus memoriam in ſcriptis ibi relinquere, ſub pena ſcutorum decem.

Pæ-

Pœna omiſsionis Miſſarum. Cap. XXX.

QVi verò poſt hac, non ſatisfacient obligationibus quas habent celebrandi aliquem certum numerum Miſſarum in Eccleſia qualibet, ſiue ad id teneantur tãquam domini alicuius beneficij eccleſiaſtici, aut fundi habẽtis hoc onus adiunctum, ſiue quòd id onus in ſe receperunt tanquam mercenarij, & pro alijs deſeruientes; ſciant nos hunc ordinem ſeruaturos in his corrigendis. Qui. n. defecerit in die feriato, ſoluet ſolidos decem pro qualibet Miſſa, quam omiſerit. Qui verò in die Dominico aut aliàs feſto, punietur in duplum teneanturq́; Sacriſtæ omni menſe ſemel deferre ad officium noſtrum delinquentes in ciuitate, extra verò vrbem tertio quoque menſe, vt poſſint pro merito caſtigari. vltra quã pœnam teneãtur et miſſas repetere, quas omiſerunt per ſe ipſos, ſi exempti fuerint, aut per alios vbi miſſæ ipſæ dicendæ ſunt pro animabus defunctorum. Qui verò prætendet aliquam honeſtam cauſam omiſſionis dictarum Miſſarum non audietur à nobis, niſi forte, cum imminet infirmitas, ſeu neceſſitas alia, qua ſe excuſatum iri credat à celebratione, ſtatim & antequam veniat tempus dictæ obligationis, admonuerit Præpoſitum in collegiatis, & curatum in alijs eccleſijs, in quibus eſt obligatus, hisq́; probauerit dictas cauſas, vt ipſi Præpoſitus, ſeu Curatus, poſſint meliori modo, quo ipſis videbitur, ipſorum eccleſijs opportunè prouidere. Si Sacriſtæ defecerint in non deferendo delinquentes, puniantur in ſcutum vnum.

ADDITIO AD CAP. XXIX. ET XXX.

¶ *Piæ hominum voluntates, qui aut beneficia inſtitue-
certis Miſſarum adiectis oneribus, aut legata pro Miſſis dicendis
runt reliquerunt, adeò ſunt ab omnibus beneficiatis, &
quibus onus relictum eſt, adimplendæ, vt nos (veluti exe-
cutores vltimarum voluntatum) fuerimus inducti ad edictum
conficiendum ſub die xj. Martij 1610. pro prædictorum one-
rum exequutione. Hoc igitur edictum, etiam inhærendo ſupra-
dictis Conſtitutionibus, innouamus, & omninò ſequi manda-
mus. Sed vt cognoſci, & intelligi poſſit an obligati ſatisfece-
rint, volumus quod in Sacriſtia retineatur liber expenſis bene-
ficiatorum, in quo per celebrantes annotetur ſtatuto die cœle-
bratũ fuiſſe. Et quia Reuerendiſſ. Viſitator ſuo decreto ſub titulo
de Eccleſijs verſ.* ſtatuit, & ordinauit, q͞d vbi fabricæ &c.
declarauit biſmet verbis, quòd vbi habẽtur Capellani, qui
ex fundationibus capellarum duarũ Miſſarum onus in
Eccleſia, vel ad Capellam perſoluere tenentur, ſiue ſint
feriales vel fœſtiuæ, & quarum redditus ſummam libra
rum centum excedere dicerentur, debeant in Sacriſtia
illius Eccleſiæ, in qua fundatæ erunt camicem vnum
cum amictu, & planeta honorifica, ſaltem de camelloto
ſtola, & manipulo eiuſdem coloris, quem requirit ti-
tulus Capellæ, ac Calicem vnum cum patena decenti,
continuò retinere. Et ſi ſit onus vltra numerum Miſſa-
rum duarum, ſibi ſemper prouideant de cœris, & can-
delis pro cœlebratione Miſſarum neceſſarijs. Qui verò
vtſupra quotidie cęlebrare tenentur, vltra prædicta, ſi-
bi parare debeant alteram planetam, quæ ſit de ſerico,
& honorifica pro diebus feſtiuis. Non enim par eſt,

Recto-

Rectorem in impenſis huiuſmodi pergrauari, cum exindè commodū,ſeu vtilitatem aliquam non percipiat. *Ideò nos tanquàm exequutores prædicti Decreti Reuerendiſſimi Viſitatoris præcipimus iſtud decretum ab omnibus ad vnguem ſeruari debere etiam per ſequeſtrationem fructuum beneficiorum, & alio promptiori iuris remedio. Quod decretum Reuerendiſſimi Viſitatoris Apoſtolici extendimus, etiam ad onus celebrandi relictum ex legato, aut alio titulo.*

Quòd in ſolennitate eccleſiæ omnes in ea beneficia habentes, aut in ea ſeruientes teneantùr intereſſe in diuinis. Cap. XXXI.

QVicunque in eccleſia aliqua habuerit ſacerdotium aliquod, Canonicatum, Capellaniam, aut quouis alio nomine, ſeu vocabulo cenſeatur, teneatur in die principalis feſti, ſeu ſolemnitatis dictæ Eccleſiæ eo die intereſſe perſonaliter. Si fuerit in Ciuitate,& in ordine ſeruiendi,ſeu in loco dictæ eccleſiæ, & miniſtrare in diuinis,nempe in vtriſq; Veſperis & Miſſa decantāda,& Miſſam etiam paruam (vt aiunt) celebrare, aut celebrari facere. Quòd ſi Dominus beneficij abfuerit, vel ipſe eccleſiæ non deſeruiat, vel alia iuſta de cauſa fuerit impeditus, mittat alium, qui ipſius nomine hæc omnia munia exequatur. Neq; cuique liceat quacunque de cauſa deeſſe, ſub pœna ſcuti vnius applicandi vſibus Sacriſtiæ dictæ eccleſiæ. Neque enim ferendum eſt, vt eo die deſint ſeruitijs eccleſiæ in ea beneficiati, quo frequens populus ad eam eccleſiam conuenit. In ſolennitate verò Diui Syri omnes Præpoſiti collegiata-

rum

rum eccleſiarum ciuitatis noſtræ) teneantur mittere ſacerdotem vnum quotannis ad cathedralem noſtram, qui in ea miſſam celebret, ſub pœna dimidij aurei, tàm Præpoſito non mittenti, quàm Presbitero iuſſo, & obedire nolenti.

ADDITIO AD CAP. XXXI.

¶ Cum æquum, & iuſtum iudicauerit Illuſtriſs. Cardinalis Rubeus omnes beneficiatos teneri intereſſe Diuinis officijs, aut per ſe, aut per alium, die feſto titularis illius Eccleſiæ, in qua ſunt beneficiati, ac Miſſam paruam eo die celebrare, aut celebrari facere, certa tantum adiecta pœna ijs qui abfuerint; Nos ideò vt huic pio oneri accuratius per beneficiatos ſatisfiat, hanc pœnam extendimus etiam ad beneficiatos, qui dicto die non celebrauerint, aut celebrare non fecerint. Et quia non minus iuſtum, & æquum etiam videtur, quod beneficiati debeant venerari Sanctum titularem eorum beneficiorum, cum ſub illius vexillo dicantur militare, & ſub eo nomine ſtipendia percipere, ideò decernimus, omnes beneficiatos die quo currit ſanctus titularis eorum beneficiorum teneri, & obligatos eſſe ſub pœna aureorum decem decantare facere ad minus in cantu firmo Miſſam vnam, ad altare vbi eſt titulus, & proinde eſſe etiam aſtrictos prouidere de cera decenti pro dictis oneribus perſoluendis, remanſurum, ſi qua pars ſupererit, ſacriſtiæ illius Eccleſiæ; niſi ſint aſtricti onere prouidendi de cera pro miſſis, quas ordinariè tenentur celebrare iuxtà decretum Reuerendiſs Viſitatoris Apoſtolici vt ſupra repoſitum in additione ad caput 30. huius ſecundæ partis; nam eo caſu volumus quòd prædicta cæra ſit ad vſum miſſarum celebrandarum per hebdomadam ab ipſo beneficiato.

Non

Non inuitandos ad funera niſi deſeruientes Eccleſijs. Cap. XXXII.

MAle audiunt clerici potiſſimum auaritiæ nomine, quo vitio cum omnes Chriſtiani carere debent, tum verò clericos longiſſime ab eo abeſſe oportet, cum igitur pleriq; noſtrates clerici habeant beneficia in pluribus eccleſijs, & in earũ aliquibus nullum vnquam præſtent perſonaliter obſequium, importunè tamen cõtendunt ad funera inuitari tam ipſi, quàm ij, qui nomine ipſorum eccleſijs deſeruiunt, qua in re ſæpe accidunt non modicæ perturbationes, & qui funus faciunt intollerãdis grauãtur ſumptibus; Declaramus igitur, & ſtatuimus poſthac, Præpoſitos, Archipresbyteros, Parochos, ſeu Curatos eccleſiarum non teneri inuitare ad huiuſmodi funera, niſi eos, qui perſonaliter deſeruiunt eccleſijs ſeu pro ſe, ſeu pro alijs. Qui verò non deſeruit, quamuis in aliqua eccleſia cõſcriptus ſit, patienter ferat, ſi non participabit de his emolumentis, quæ debent potius diuidi inter deſeruientes eccleſijs, ſiue presbyteri hi fuerint, ſiue clerici, quos maluerint eccleſiarum Prælati.

Non reſidentes perſonaliter bis in anno deferendos ad Tribunal Reuerendiſſimi Epiſcopi. Cap. XXXIII.

IN ſacra Tridentina Synodo ſtatutum eſt ſub grauiſſimarum pœnarum interminatione, omnes Cura- Seſ. 23. c. I.

tos teneri ad reſidentiam perſonalem, nonnulli tamen, hoc non obſtante, reſidere non curant, in grauem animarum ſuarum perniciem, & eccleſiarum ſuarum damnum, nec non aliorum ſcandalum: Nos igitur, vt poſſimus ſcire, qui nam hac in parte peccent, & in eos animaduertere pro culpæ qualitate, mãdamus omnibus mercenarijs curam animarum gerentibus, vt bis in anno idest ſexto quoque menſe nos admoneant de abſentia dominorum ſuorum, qui perſonaliter non reſident, quanto tempore abſint, & qua de cauſa, & vbi morentur ſub pœna ſcutorum decem, ad quam notificationem dandam volumus quoque teneri in villis Conſules locorum, in vrbe verò Parochianos ſub eiſdem pœnis. In eadem Synodo declaratum fuit, Curatos non reſidentes non poſſe redditus ſeu fructus eccleſiarum facere ſuos, neque his frui tuta conſcientia, vt igitur ſaltem pœnæ metu cogantur hi reſidere, & patrum decretis parere, qui virtutis amore nolunt obedire, mandamus omnibus fictabilibus temporalibus ſeu perpetuis, ne ficta alicuius generis audeant ſine noſtra, aut Vicarij noſtri licentia in ſcriptis perſoluere Curatis non reſidentibus ad ſuas eccleſias, neque eorum procuratoribus ſub pęna iterum ſoluendi dicta ficta de ſuo, vbi verò bona curatarum eccleſiarum nõ ſunt locata, ſed per maſſarios laborantur, mandamus eiſdem maſſarijs, ſeu colonis ſub pœna ſcutorum quinquaginta, ne audeant fructus aliquos, aut partem Dominicam dare eiſdem Curatis, vel eorum procuratoribus, ſed hi omnino fructus in ſequeſtro ſint apud Cõſules locorum, qui etiam Conſules teneantur propa-

Seſ. 23. c. 1.

lare ad officium noſtrum quantitatem, & qualitatem fructuum quorumcumque perceptorum de proprietatibus dictarum eccleſiarum curatarum intra menſem à die collectionis dictorum fructuum ſub pęna ſcutorum decem.

ADDITIO AD CAP. XXXIII.

¶ Cũ, quo vinculo reſidendi ſint aſtricti curã habentes animarũ, & poſſidentes beneficia reſidentiæ perſonalis, ſat ſuperq; & ſacrum Conciliũ Tridentinũ, at Reuerendiſs. Viſitator Apoſtolicus, & denique Illuſtriſſimus Cardinalis hac ſua Conſtitutione demonſtrauerint, ea propter & nos idem confirmare volentes edictum ſub die 11. Maij 1610. edidimus, quo mandauimus omnibus curam animarum gerentibus, vel reſidentiæ perſonales habentibus onus, ne recedant ab illorum eccleſijs, abſintue ſine noſtra licentia, aut noſtri Vicarij. Curent ideò omnes, ad quos ſpectauerit, ſeruitium perſonale in proprijs eccleſiis præſtare, eaſque, quarum tutelam ſuſceperunt, non deſerere ſub pœnis in dicto edicto per nos comminatis. Quod per Parochos cum maiori ſolicitudine exequendum eſt, ne terrena cœleſtibus, ac diuinis humana præferentes, ouili derelicto, atq; ouium ſibi commiſſarum cura neglecta, propriæ ſalutis videantur immemores.

Superſtitiones, et turpe lucrum vitandum in celebrandis Miſsis. Cap. XXXIIII.

SVperſtitiones cacodæmonis aſtu excogitatæ ad decipiendum ſimplicium animas (quò nonnihil de integritate fidei vni, & verò Deo debitæ detraheretur) caueantur ab omnibus, & potiſſimum a ſacerdotibus, qui maximè animaduertent ne in Miſſarum celebra-

tione, vel certus, numerus ſuperſtitioſus, vel tempus ob ſeruetur. Cum hæc vix poſſint fieri ſine aliqua ſuperſtitionum ſpecie, quæ maximè repugnant ſinceritati Chriſtianæ fidei, videant etiam, ne tantum hoc myſterium lucri tantùm intuitu peragant, quod vix abeſſet à ſimoniæ labe. Et ſi enim miniſtrum ſuum Dominus
1.Cor.6. vult honeſto ſtipendio munerari, & dignum eſt, vt de altari viuat, qui altari deſeruit, non decet tamen potiſſimum, ſtipis intuitu ſacerdotem celebrare, nec hoc ſcopo tam vili alia munia ſacerdotalia exercere, vitabunt itaque ſacerdotes pacta indigna, & illicitas conuentiones. Quanquam non prohibemus, illos eleemoſinas oblatas à Chriſti fidelibus accipere, cum ferè vniuerſus clerus tam regularis, quàm ſecularis de eleemoſynis viuat; Ne igitur ſacerdotibus deſeruientibus alicui altari pro alio neceſſe ſit deuenire ad cõuentiones aliquas indignas, hortamur omnes, qui huiuſmodi onus celebrandi aliquem certum numerum Miſſarum in alios reijciunt, ſacerdoti mercenario ſeruienti in celebrando Miſſas per annum dent ſaltem libras decem Imperialium pro quolibet die feriato, pro Dominica verò die duplum, nempè libras viginti pro ſuſtentatione ſacerdotis laborantis. Vt enim non vacant aliqua culpa illiberales poſtulationes eleemoſinarum in clericis pro huiuſmodi ſeruitute, ita nullo modò ferenda videtur eorum auaritia, qui honeſta remuneratione defraudãt
1.Cor 9. altari deſeruientes. Quis enim (dicebat Paulus, cum de huiuſmodi ageret) militat ſuis ſtipendijs? vt igitur ſciant ſacerdotes, qua ſinceritate ſe gerant in toto hoc negotio libuit hic addere decreta Concilij Tridentini.

Decre-

Decretum Concilij: Cap. XXXV.

ATque vt multa paucis comprehendantur, in primis, quod ad auaritiam pertinet, etiam prohibeant locorum ordinarij, cuiuſuis generis mercedum conditiones, pacta, conuentiones, & quicquid pro Miſſis nobis celebrandis datur, nec non importunas atq; illiberales eleemoſinarum exactiones, potiuſquam poſtulationes, aliaq; huiuſmodi, quæ à ſimoniaca labe, vel certe à turpi quæſtu non longe abſunt. Seſſ.22.

ADDITIO AD CAP. XXXIV.

¶ *Quia iuxtà rerum huius ſæculi uiciſſitudinem auctum fuit etiam earum pretium, & quod tempore iſtius Conſtitutionis valebat decem carius multò nunc venundatur, vt nos experiẽtia rerum magiſtra docet. Id propter licet per hãc conſtitutione hortatum fuerit, erogari debere Sacerdoti mercenario celebranti certum quid pro eius ſuſtentatione, cum tamen quæuis diſpoſitio intelligatur, Rebus ſic ſtantibus, indè iuſtum, & æquum etiã nobis viſum fuit approbare augmentũ illud, quod in hac noſtra Diœceſi præſtari nunc ſolitum eſt pro ſuſtentatione Sacerdotis mercenarij celebrantis pro beneficiatis, & obligatis, nempè vt pro qualibet Miſſa, vel Dominicali, vel feſtiua erogentur quolibet anno pro eleemoſina libræ quadraginta Imperialium, pro diebus ferialibus libræ viginti, Si autem Sacerdos onus cælebrandi non ſuſcipit in ſe, ſed cælebrat modò in hoc, & modo in illo templo hortamur, quod pro qualibet Miſſa feſtiua illi donentur pro eleemosyna ſolidi uiginti Imperialium, & pro diebus ferialibus ſolidi decem, prout etiam nunc erogari conſuetum eſt: dignus eſt enim mercenarius mercede ſua.*

Aliud

Aliud Decretum. XXXVI.

Seſſ. 22. POſtremò ne ſuperſtitioni locus aliquis detur, edicto & pœnis propoſitis caueant ijdem ordinarij, ne ſacerdotes alijs, quàm debitis horis celebrent, neuè ritus alios, aut alias cæremonias, & præces in miſſarum celebratione adhibeant præter eas, quæ ab eccleſia approbatæ, ac frequenti, & laudabili vſu receptæ fuerint. quarundam verò miſſarum & candellarum certum numerum, qui magis a ſuperſtitioſo cultu, quàm à vera religione inuentus eſt, omnino ab eccleſia remoueant; Doceantq; populum quis ſit, & a quo potiſſimum proueniat ſanctiſſimi huius ſacrificij, tam pretioſus, ac cœleſtis fructus. Moneant etiam eundem populum, vt frequenter ad ſuas parochias, ſaltem diebus Dominicis, & maioribus feſtis accedant. Hæc igitur omnia, quæ ſummatim enumerata ſunt, omnibus locorum Ordinarijs ita proponuntur, vt non ſolum ea ipſa, ſed quæcunque alia huc pertinere viſa fuerint, ipſi pro data ſibi a ſacroſancta ſynodo poteſtate, ac etiam, vt delegati Sedis Apoſtolicæ, prohibeant, mandent, corrigant, ſtatuant, atque ad ea inuiolare ſeruanda cenſuris Eccleſiaſticis, alijsq; pœnis, quæ illorum arbitrio conſtituentur, fidelem populum compellant: non obſtantibus priuilegijs, exemptionibus, appellationibus, ac conſuetudinibus quibuſcunque.

De miſſis nouis non celebrandis absq; licentia, & abuſibus in eis vitandis. Cap. XXXVII.

NVllus Sacerdos ordinatus audeat miſſas nouas celebrare absq; ſcientia noſtra, & licentia, neque fiant oblationes, vbi metus eſt alicuius periculi, vel ſcandali. Neque audeant epulum nimis lautum facere, vel choræas ducere, &, vt nouos aliquos ritus non vſurpent in miſſis, antequam miſſam celebrent, diſcant ordinem miſſæ, prout imprimi fecimus.

ADDITIO AD CAP. XXXVII.

¶ *Vt omnes abuſus euitentur, qui quandoq; occurrere ſolēt in primā Miſſa decantanda à ſacerdote nouiter ordinato hic ſubnectitur forma concedendi licentias, quam ad vnguem ſeruari mandamus.*

Forma licentiæ dandæ celebrare volentibus Miſſam primam.

IO. Baptiſta Bilius Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Papienſis, & Comes &c. Dilecto nobis in Chriſto N. de N. ſalutem in Domino. Quia vidimus te ad Sacrum Presbyteratus ordinem legitime, ſeruatisq; ſeruandis promotum, atq; ad cæremonias, & ad ritum Miſſæ celebrandæ à noſtro Cæremoniarū

Magiſtro, qui de te ſuper inde periculum fecit, idoneum repertũ fuiſſe, Iccirco tenore præſentium opportunam tibi concedimus, et impartimur facultatem ſuam primam celebrandi Miſſam in Eccleſia N. die N. dummodo vltra contenta, & decreta in Conſtitutione Synodali par. 2. cap. 37. rubrica De Miſſis nouis non celebrandis absq; licentia, & abuſibus in eis vitandis. Miſſam non celebres ſuper aliquo altare amicabili, nec ſuper in ianuam dictæ eccleſiæ, vel extra eam, ſed in eadem eccleſia, & ad altare aliquod in ea exiſtens, ac in oblationibus fiendis clamores aliquos fieri non permittas, ab altareq; non recedas, & per eccleſiã non vagaris, oblationesq; etiam in ipſa eccleſia per equum, ſeu quodcunque aliud animalium genus pariter minimè fieri admittas, ſub pœna in caſu inobedientiæ, & contrauentionis ſcutorum vigintiquinque vſibus pijs per nos applicandorum, & excommunicationis in ſubſidium.. In quorum omnium fidem &c. Huius occaſione præcipimus etiam quibuſcunque Sacerdotibus, ne in oblationibus recipientibus à populo vagari audeant pro eccleſiam, ſed reuerenter ſtent penes altare ſub pœna ſuſpenſionis à Diuinis incurrenda.

De ſupplicationibus. Cap. XXXVIII.

QVotieſcunque habentur ſupplicationes, omnes clerici ſubditi alicui ſcholæ conueniant ad caput ſcholæ, ideſt ad locum ſeu eccleſiam illam principalem, vnde tolli ſolet crux, quam omnes clerici cuiuſcunque ordinis ſint, qui ſub illa incedere tenentur honorificè comitabuntur ad baſilicam, ſeu cathedralem eccleſiam proceſſionaliter cum cottis, finita verò

proceſſio-

proceſſione reducatur crux eadem veneratione ab ijſdem clericis ad locum, vnde ſublata eſt. Idem omnino fiat, cum pro aliquo funere, vel cadauere humando portatur ſanctiſſima Crux, neq; alicui liceat diſcedere, niſi cruce ad locũ ſuum reducta, poſſit tamen Præpoſitus, ſeu aliàs honoratior ſcholæ, qui forte aderit, ex legitima cauſa veniam cõcedere aliquibus diſcedendi, teneaturque Prępoſitus, ſeu aliàs caput ſcholæ nobis deferre delinquentes. Qui igitur in ordinarijs, & ſolennibus ſupplicationibus rogationum, ſeu corporis Chriſti, vel in extraordinarijs, noſtri tamen mandato indictis, non interfuerit, in ſolidis vigintiquinque punietur, ſi fuerit ſimplex presbyter, Præpoſiti verò multentur in duplũ, cui dupli pœnes ſubiaceant, qui delinquentes non detulerint. Cum verò Capitulum noſtræ Cathedralis pro aſſocianda aliquo ibi cum Cruce ſua, cæteri clerici, qui illi officio intereſſe debebunt, cum crucibus ſuis ad Cathedralem proficiſcantur antequam tollatur crux, vt eam deducant ad locum, quò ibitur. In die verò Diui Marci, quo Romæ, & in multis alijs locis ſupplicationes publicæ haberi ſolent pro auertẽdis calamitatibus, & corporum humanorum incolumitate, & frugum conſeruatione, mandamus toti clero noſtro tam regulari quàm ſeculari, vt eo die ad Cathedralem noſtram conueniant hora opportuna, vt honorificè poſſit iri ad Diui Ioannis in Burgo eccleſiam, vbi Miſſa ſolenniter decantabitur, vt multiplicatis interceſſoribus & humiliationibus noſtris, ac concordibus votis, & præcibus inſpectis facilius Deus placetur, & propitius toti Ciuitati ſit.

ADDITIO AD CAP. XXXVIII.

¶ *Quoad hanc Constitutionem ſequi volumus conſuetudinem, ac quòd alias fuit per Illuſtriſſimum Cardinalem Rubeum declaratum; Quo verò ad pœnam contrafacientibus irrogandā ſeruari volumus eam, quam imponimus noſtris edictis affigi conſuetis tempore, quo huiuſmodi ſupplicationes habentur. Prohibemus autem clericis ſuperpelliceo indutis per vias, & plateas vagari, ſed volumus, vt orantes in Eccleſia Cathedralis, aut Parochiali in Villis ſtent quouſq; diſceſſum fuerit proceſſionaliter ab ea, & cum peruentum fuerit ad eccleſiam pro ſupplicibus poſtulationibus Deo porrigendis deſtinatam, volumus etiam, omnes clericos in ea permaneres, nec ab ea diſcedant ſub pœna aureorum duorum pro quolibet contrauenientе.*

De quadrageſima. Cap. XXXIX.

QVadrageſimę laudabile, vetus, & Apoſtolicum inſtitutum ab omnibus diligenter obſeruari mandamus ſub excomunicationis pœna, nempe vt à quarta feria cinerum vſque ad Dominicam Reſurrectionis Domini omnes vtriuſque ſexus fideles ab eſu carnium, ouorum, & lacticiniorum abſtineant, niſi infirmitas, aut aliquod aliud iuſtum impedimentum coegerit veſci huiuſmodi vetitis cibis, quo caſu medici conſilium, & fides accedat oportet, & noſtra, ſeu Vicarij noſtri licentia in ſcriptis. Præcipimus quoque macellarijs ſub excommunicationis pœna, & apothecarijs alijs, ne hoc quadrageſimæ tempore audeant aliquibus carnes vendere, vel alios prohibitos cibos, niſi ijs, qui noſtram in ſcriptis licētiam obtulerint, Caupones quoque ſub ea-

dem pœna in quadrageſima nulli ad eos diuertenti cibos apponant prohibitos etiam petentibus, niſi oſtendentibus licẽtiam noſtram in ſcriptis. Excepta ſemper cauſa infirmitatis; quæ tam euidens eſſet, vt non eſſet opus noſtram ſuper hoc expectare licentiam. Parochi vero crebro admonitionem infraſcriptam Concilij populis proponent.

ADDITIO AD CAP. XXXIX.

¶ Quadrageſima ſumma obſeruatione eſt obſeruanda, cum inducta ſit in remedium animarum noſtrarum, communis enim noſtri omnium Dominus veluti pater filios indulgentes amans, cupiens corruptum, & putridum peccati humorem ab animabus noſtris eripere hanc nobis, quæ per ieiunium fit, & per abſtinentiam carnium, & lacticiniorũ, curationem adinuenit. Ne igitur vtilitas tanta, quæ ex quadrageſimæ celebratione paratur, per inanem, & inutilem cauſſam repellatur, volumus quod vltra medici atteſtationem accedat etiam proprij Parochi ſubſcriptio. In reliquis ſeruetur hæc cõſtitutio, & etiam edictum noſtrum, quod quolibet anno in principio Quadrageſimæ publicare facimus.

De delectu ciborum, ieiunijs, & diebus feſtis. Cap. XL.

INſuper hortatur ſancta Synodus, & per ſanctiſſimũ Domini noſtri, atque Saluatoris aduentum Paſtores omnes obteſtatur, vt tamquam boni milites illa omnia, quæ ſancta Romana Eccleſia, omnium eccleſiarum mater, & magiſtra, ſtatuit; nec non ea, quæ tam in hoc Cõcilio, quam in alijs œcumenicis ſtatuta ſunt, Seſ. 25.

 quibuſ-

quibuſcumque fidelibus ſedulò commendent, omniq; diligentia vtantur, vt illis omnibus, & ijs præcipue, ſint obſequentes, quæ ad mortificandã carnem conducunt, vt ciborum delectus, & ieiunia, vel etiam, quæ faciunt ad pietatem augendam, vt dierum feſtorum deuota, & religioſa celebratio, admonentes populos crebro, obedire Præpoſitis ſuis, quos qui audiunt, Deum remuneratorem audient, qui vero contemnunt, Deum ipſum vltorem ſentient.

De manifeſtandis hæreticis. Cap. X L I.

SCientes etiam quantopere lædat Populum christianum hæretica prauitas, mandamus omnibus tam clericis, quàm ſecularibus ſub excommunicationis pœna, vt vniuerſos, quos aliquo hæreſis genere ſciuerint eſſe irretitos, deferant quamprimum ad noſtrum officium, ſeu ad Inquiſitorem, ne latius ſerpat morbus, cui etiam excommunicationi ſubiacere declaramus quicunque hos maledictos hereticos, ſeu ſchiſmaticos ſciẽter defenderit, receperit, vel eis auxilium, fauoremue præſtiterit, quique eos in conſilium aliquod, vel collegium admiſerit, vel ad aliquã promouerit dignitatem. Monebunt etiam Parochi ſuas plebes, vt caueant, ne libros prohibitos penes ſe habeant, aut legant, & diligenter ſeruent edicta Apoſtolica, nec non Reuerendorum Inquiſitorum, qui pro tempore erunt, contra huiuſmodi hæreticos.

Addi-

ADDITIO AD CAP. XLI.

¶ Turbulentiſſimi homines, & ad omne facinus accomodati hæretici modeſtiæ carceres, ac legum terminos excedentes non modo latratibus, morſibus, & diuturnis conuitijs cenſuram Religioſorum immodeſtius ſibi arrogant, ſed & ſacras ſcripturas, quibus diſciplina omnis conſtituitur, exulcerato animo lacerant, & execrantur. Quare, vt hi Dæmonum ſectatores prorſus è Chriſtianorum finibus extirpentur, ædita fuit præſens Conſtitutio, quam non ſolum ad vnguem diligentiſſimè ab omnibus Chriſti fidelibus ſeruari mandamus, ſed etiam volumus eoſdem teneri ſub excommunicationis pœna ad manifeſtandum, & deferendum ad noſtrum officium quoſcunq; maleficos, incantatores, & iſtius generis peruicaciſſimas beſtias.

De annunciandis vigilijs, & feſtis in diebus Dominicis. Cap. XLII.

Singulis etiam Dominicis diebus inter Miſſarum ſolennia Parochi populo annunciabunt ſub pœna duorum regalium vigilias indictas ab eccleſia, & dies feſtos illius hebdomadæ, ac pueros, & alios ignaros ad ſe adeuntes edocebunt rudimenta fidei chriſtianæ, & legē diuinā, ad eamq; obſeruandam crebro omnes hortentur, & aliquod Miſſæ myſterium exponent, & alia ſalutis præcepta tradent pro ſuo, & populi aſtantis captu.

Conſti-

CONSTITVTIONVM
In Synodo Papienſi

Sub Illuſtriß. & Reuerendiß. Cardinali D. Hippolyto Rubeo Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia tūc Epiſcopo Papienſi, & Comite editarum, & publicatarum.

Cum additionibus, & nouis Conſtitutionibus factis in Synodo Diœceſana anno currenti 1612. celebrata per Illuſtriſs. & Reuerendiſs.

D. D. IOANNEM BAPTISTAM BILIVM Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſc. Papienſ. &c.

PARS TERTIA.

Hortatio ad Parochos, vt officio ſuo ſatisfacere ſtudeant. Cap. I.

CHRISTVS parabola illa Samaritani, qui ſauciatum à latronibus ſtabulario cōmendauit, atq; præcepit, vt curam illius Luc. 10. gereret, & paſtorum partes appoſitiſſimè declarauit, & hominum miſeram ſortem, qui dum ab Ieruſalem, ideſt Deo ſummo bono diſcedunt, & in Iericho, ideſt ad commutabile, bonum diuertunt, à latronibus ideſt dæmonibus animarum ſuarum

rum perpetuis, & inſenſimis hoſtibus ſpoliantur, & ſauciantur. Hoc vulnere protoparens noſter Adam peccās percuſus fuit in duabus potiſſimis animæ partibus, dum poſt Diuini præcepti præuaricationem illius intellectus obtuſus factus eſt ad percipiendas res diuinas, & voluntas reddita eſt debilis ad exequendum legem diuinam, quę labes in omnes poſteros pertranſijt. Chriſtiani verò omnes etſi per Baptiſmi ſacramētum ab originali peccato mundantur, ſentiunt tamē etiā poſt Baptiſmum fomitem quendam, reliquias peccati, & pronitatem ad malum, quam Paulus Apoſtolus appellat legem membrorum repugnantem legi mentis ſuæ, aduerſus quam nobis aſſiduè eſt pugnandum, nō ſecus atque olim hebręis poſt relictum Ægyptum, poſt tranſmiſſum mare rubrum, poſt deuictos alios acerrimos hoſtes, & ingreſſam promiſſam terram, relicti tamen fuerunt nonnulli hoſtes, vt Iebuſæi, qui aſſiduè illos infeſtarent, & in continuo exercitio pugnādi continerent, ne ocio & ignauia torperent. Atque vtinam hoc tantū incommodo laboraremus, quod ab Adam in nos deriuatum fuit, & non multa in dies vulnera acciperemus noſtra incuria, aſtu, & inſidijs diaboli perhennis æmuli, & aduerſarij ſalutis noſtræ: Quotieſcūque enim legem diuinam tranſgreditur Chriſtianus, toties vulnus lœthale in anima accipit. His autem vulneribus curandis Chriſtus Samaritanus, paſtor, & cuſtos noſter medicamina quędam ſaluberrima inſtituit, nempe Eccleſiaſtica Sacramēta, quę vt ritè ſumantur, & ægrotis proficiant, non ſecus Curatorum eſt conſilium requirendum, atque in corporalibus morbis me-

Ro. 7.

Ioſ. 15. Iud. 1.

drici cura eſt adhibenda; Vt igitur ſubditorum,& infirmorum partes erunt, ſtatim vt infirmitatem ſuã agnouerint, medicum adire, ab eoq́; ſalubrem medicinam exquirere, ita parochorum munus erit diligentem curam ſauciati quamprimum gerere, & fidele conſilium illi præbere, quò ægrotus priſtinas vires recipere poſſit, & ipſi, cum Samaritanus redierit, ab eo laudentur, & promiſſam pro labore mercedem recipiant. Nullam remꝗtam ſeriò Chriſtus ex hoc mundo ad patrem diſceſſurus Petro, & cæteris Apoſtolis præcepit, quàm vt
Io. 21. oues ſuas paſcerent. Vt verò Chriſtus nihil tam fore ſibi gratum pluribus in locis teſtatur, quàm vt illius intuitu bene affecti ſimus erga proximos noſtros, illorũque curam geramus diligentem, ita nulli hominum generi grauius ſuccenſet, vel acerbius comminatur, quàm
Hier. 21. Ezec. 34 paſtoribus, qui ſubditorum, & Chriſti ouium cura neneglecta ſe tantum paſcunt. Optamus igitur omnes Parochos noſtros harum rerum memores nulla in parte, officio ſuo deeſſe, ſed die, noctuq; inuigilare, vt pręmia
Greg. Nazian. Apol. Greg. paſt. à Chriſto fidelibus paſtoribus promiſſa aquirant, & grauiſſimas cominationes vitent. Eſt profectò ars artiũ cura animarum, ita vt non ſolùm ingenti prudentia ſit opus ad eam ritè exercendam, ſed etiam maximo Dei auxilio. Hortamur propterea vniuerſos, & aſſiduis prę cibus à Deo omnium bonorum auctore & largitore cõtendant, quò ſibi ſubminiſtrentur vires, ſpiritus, & alia ſuæ profeſſioni neceſſaria, & nihilominus ipſi, quoad vires humanæ ferent, dabunt operam, vt aſſiduo ſtudio habeant in promptu, & in numerato omnia quæ ad regendas plebes ſibi creditas erunt neceſſaria.
Nos

Nos verò non grauaremur aliquam cathecheſim informando clero noſtro edere, niſi videremus adeò multos in hoc genere eſſe editos libros, vt inſtruendis indoctiſſimis quibuſq; ſufficiant, modò ſedulam operam ipſi ſtudio nauare velint, & niſi ſperaremus breui ſanctiſſimi Domini iuſſu editum iri Cathechiſmum, qui facile ſuperabit diligentiam omnium, qui in hoc genere laborauerunt. In præſenti contenti erimus cautiones quaſdam nonnullarum rerum adhibuiſſe, quas in adminiſtrandis eccleſiaſticis Sacramentis Parochi, vel ſeruare debebunt, vel vitare.

ADDITIO AD CAP. I.

¶ Cum hodiè Cathechiſmi liber ſit editus, qui ad Parochorũ inſtructionem in ſuis muneribus obeũdis aptiſſimus eſt, eum ideò cum cæteris libris de quibus ſupra par. 2. cap. 11. & in additione animaduerſum fuit, pœnès ſe habeant Parochi, & ſæpius perlegant, & executioni mandent.

Admonendus Populus de efficacia Sacramentorum iuxta præſcriptam formam Concilij Tridentini. Cap. II.

CVm Sacerdotes Sacramenta populo adminiſtrabunt, eorum vim & efficaciam declarabunt, & quid in animis ſuſcipientium ipſa Sacramenta operentur iuxta audientium intelligentiam exponent, vt maiori cum fructu percipiantur quemadmodum ſaluberrimè ſancitum eſt in Tridentina Synodo, hiſce verbis. Seſſ. 24. Vt fidelis populus ad ſuſcipienda Sacramenta maiori c. 7. cum reuerentia, atq; animi deuotione accedat, præcipit

ſancta Synodus Epiſcopis omnibus, vt nõ ſolum cum hæc perſe ipſos erunt populo adminiſtranda, prius illorum vim & vſum pro ſuſcipientium captu explicent, ſed etiam idem à ſingulis Parochis piè, prudenterque etiam lingua vernacula, ſi opus ſit, & commodè fieri poterit, ſeruari ſtudeant, iuxta formam à Sancta Synodo in cathechesi ſingulis Sacramentis pręſcribendam, quam Epiſcopi in vulgarem linguam fideliter verti, atq; à Parochis omnibus populo exponi curabũt. Nec non vt inter Miſſarum ſolennia, aut diuinorum celebrationem ſacra eloquia, & ſalutis monita eadem vernacula lingua ſingulis diebus feſtis, vel ſolennibus explanent, eademq; in omnium cordibus, poſtpoſitis inutilibus quæſtionibus, inſerre, atque eos in lege Domini erudire ſtudeant.

ADDITIO AD CAP. II.

¶ Tantam expoſcimus diligentiam in Parochis, & ſollicitudinem circa oues ſibi commiſſas, ne eas inimicus naſſet, perſecutor infeſtet, & Diabolus inquietet, vt illos monere perquam neceſſarium extimauerimus, quòd ſi hanc ſalutiferam Conſtitutionẽ non obſeruauerint, ſed hebetes, & negligentes fuerint in paſcendo grege verbis diuinis, in ignorantes erudiendo, & in peccantes corripiendo, cum ſint dati ſpeculatores domus Iſrael, ſeueriſſimè contra eos pęnes nobis arbitrarijs procedemus. Illos etiam admonemus ne admittant aliquem ad ſuſceptionem ſacramentorum cum armis; æquum namque eſt vt coram Rege Regum, & Domino Dominantium humiliter, & trementes accedamus.

Pro confutandis modernis hæreſibus ſæpe legenda dogmata Concilij Tridentini de Sacramentis. Cap. III.

CVm multæ opiniones circa Sacramenta noſtra tẽpeſtate diaboli technis excogitatæ, & diſſeminatæ fuerint in agro Dominico, quibus euellendis, & inſerendæ ſanæ Doctrinæ in cordibus fidelium concilium generale ſub Paulo Tertio Tridenti coactum maximè inuigilauit, ne qua radix prauæ ſententiæ, vel hæretica labes in populo noſtro Ticinenſi vllo vnquam tempore pullulet, expedierit, Parochos ſubinde legere ſalubertimam Doctrinam traditam à patribus in dicto Concilio circa materiam Sacramentorum, vt ſciat populus, quæ ſit vera, & orthodoxa de Sacramentis ſententia; & ſacerdotes noſtri habeant hæc aſſidue ante oculos tanquam regulam, à qua non liceat diſcedere.

Oportere ſacerdotes non eſſe ſegnes in miniſtrando Baptiſmum. Cap. IIII.

BAptiſmus igitur cum ſit ſacramentum ad ſalutem neceſſarium, & ianua omnium Sacramentorum, & tanquam baſis, quam ante omnia in fundamento Chriſtianę vitæ iaci oporteat, & ſuper qua extrui deinde conueniat opera Chriſtiana profeſſione digna, debent maximè inuigilare Parochi noſtri, ne ſegnes ſint in hoc Sacramento petentibus adminiſtrando; ſacri certè canones eum ſacerdotem perpetuò deponendum cenſent ab officio, cuius culpa aliquis in ſua, vel aliena

prouincia deceſſit hoc ſacramento non initiatus, cum ſcilicet vocatus, & inuitatus renuit baptizare, vel ita ſegnis fuit, vt veriſimiliter infans ſacerdotis culpa ſine baptiſmo deceſſiſſe iudicari poſſit, quæ pœna tanta non eſt, vt maiore dignus nõ ſit, cum eius culpa infans ille priuetur ingreſſu regni cœlorum.

Quæ neceſſaria in Baptiſmo. *Cap. V.*

AD rite miniſtrandum hoc Sacramentum neceſſaria inprimis duo ſunt, elementum, hoc eſt aqua naturalis non artificiata, non aliquis alius liquor, & forma, quæ ſunt verba, quibus Chriſtus inſtituit conferri hoc Sacramentum, ita vt ſine horum altero baptiſmus collatus nullius ſit roboris. Non refert verò latine proferantur hæc verba, vel vulgariter, peccarent tamen ſacerdotes ſi non latinè, vel aliter quàm conſueuit eccleſia facere, baptizarent. Neceſſaria quoq; eſt in baptiſmo, vt in cæteris ſacramentis, in miniſtro intentio id faciendi, quod facit eccleſia, ita vt baptiſma non ſolum collatum à Chriſtianis valeat, ſed etiam miniſtratum ab hæreticis, Iudæis, & infidelibus proſit ad ſalutem, nec repetendũ ſit (eſt enim irreiterabile cum imprimat characterem indelebilem in anima ſuſcipiẽtis) modò in eo conferendo ſeruata fuerit forma ab eccleſia ſeruari ſolita, & qui id contulit, habuerit animum id faciendi, quod facit eccleſia, vt dictum eſt.

Matth. 28.

Vbi, et quando conferendum Baptiſma. Et quis eius ſit miniſter. Cap. VI.

QVamuis templa Deo conſecrata, in quibus ſunt fontes baptiſmales ſint locus adminiſtrandi Baptiſmi, ſicut & aliorum Sacramentorum, & ordinarius eius miniſter ſit ſacerdos, ita vt alibi non ſit adminiſtrandus, nec per alium, quàm per proprium Sacerdotem, tamen tempore neceſſitatis, & imminente mortis periculo hoc Sacramentum in omnibus locis, & à quibuslibet perſonis rite, & tutò dari poteſt ad ſalutem. Virtus enim ſacramenti non à miniſtro pendet, ſed ab inſtitutore. Æquum tamen eſt ſemper, vt à digniori conferatur eorum, qui forte adfuerint. Si quis verò paruulus domi inſtante periculo baptizatus fuerit, illum, cum primum conualuerit, ad eccleſiam portari volumus, vbi ritus & cæremoniæ adhibeantur ſolitæ, ſi alias iuxta formam eccleſiæ fuit baptizatus, & ideò mandamus Parochis noſtris, vt frequenter admoneant plebes ſuas hoc eſſe Sacramentum neceſſitatis. Chriſtus enim exerte ait, niſi quis renat⁹ fuerit ex aqua & ſpiritusancto non poteſt intrare in regnum cœlorũ. Quocirca valde reprehẽdẽdi ſunt, qui differunt in mẽſes, atque adeo in annos liberos ſuos hoc ſacramento initiare. Quòd ſi quis poſt hac vltra octo, vel decem dies diſtulerit infantes ſuos baptizare excommunicationis pœnam incurrat, cum ſit admodum culpabile exponere ſalutem infantum periculis, quibus obnoxia eſt infantilis ætas. Et Parochi admoneant nos de huiuſmodi differentibus baptizare ſuos infantes. Io. 3.

Admo-

Admoneant etiam frequenter Parochi, quæ ſit forma baptizandi in caſu neceſſitatis, & maximè id agant cum obſtetricibus. Forma igitur vel verba, quibus confertur hoc Sanctum Sacramentum ſunt. N. Ego te Baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Vulgariter vero N. Io te batezzo nel nome del Padre, del Figliuolo, & del Spirito Santo: Quæ verba dum proferuntur, mergatur baptizandus in aqua ſemel vel ter, prout moris fuerit, vel aqua effundantur ſuper caput baptizandi. Parum enim refert, qui alij ſint ritus, modò hoc ſacramentum fiat in aqua naturali, & ſeruetur forma ſupradictorum verborum, quibus innuit ſacramenti miniſter, ita purgari baptizati animam interius ab omni peccati labe, vt exterius corpus ablui ſolet aqua.

ADDITIO AD CAP. VI.

¶ Cum ſuprascripta baptizandi forma eadem non ſit cum illa, quæ eſt poſita in rituali Eccleſiæ, & Diœceſis Papienſis, ideo ipſam hic apponi curauimus, eamq; ſeruari volumus, videlicet, Famule Dei, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. Vulgari autem ſermone, ſeruo di Dio, Jo ti batezzo nel nome del Padre, & del Figliuolo, & dello Spirito Santo, coſi ſia. Exinde ſequuntur cæremoniæ vt in dicto rituali, & poſtea imponitur nomen ipſi baptizato, vt in rituali.

¶ Baptiſmi Sacramentum cum ſit neceſſarium ad ſalutem, ac æternam vitam conſequendam: naſcimur enim iræ filij, & per ipſum in filios Dei regeneramur, ita maxima curæ nobis eſſe debet, vt occurrente caſu neceſſitatis verba, & certa baptizandi

forma ab omnibus ſciatur, & præcipuè ab obſtetricibus, quibus, vt plurimum ſeſe offert occaſio baptizandi infantes in neceſſitate. Nulla ideò mulier audeat in poſterum ſub pœna nobis arbitraria obſtetricis officiũ exercere niſi prius fuerit à nobis, aut Vicario noſtro approbata, an rectè ſciat formam baptizandi nec ne, & licentiam ab eo in ſcriptis obtinuerit, ſi erit in Ciuitate, aut Suburbijs; ſi autem erit extrà Ciuitatem volumus, quod dictam approbationem; & licentiam in ſcriptis pariter habeat à Curato illius loci. Mouemus inſuper, morem, & vſum baptizandi in hac noſtra Diœceſi eſſe non per immerſionem, ſed per effuſionẽ aquæ ſuper caput; ideoq; vſum hunc ſeruandum eſſe.

Cautiones quædam de obſeruandis in baptiſmate.
Cap. VII.

Baptiſterium, Chriſminum, Aqua baptiſmalis, Chriſma, & cætera vſibus huius ſacramenti neceſſaria ſub pœna dimidij aurei teneātur ea reuerentia, & mūditate, qua decet, ideſt munda ab omnibus ſordibus, & in primis benè clauſa, & cuſtodita, ne cui maleſico pateant. Si quis autem chriſmate, vel cæteris rebus ſacris abuſus fuiſſe fuerit conuictus, grauiſſime punietur iuxta ſacrorum canonum diſpoſitionem. Prohibemus autem laicis, ne audeant chriſminum, aut cętera Deo ſacrata vaſa contrectare, aut circunferre, pœna grauiſſima ſtatuta etiã illis clericis, qui id permiſerint. Aqua etiam baptiſmalis in vaſe ſtanneo conſeruetur, non autem fictili, vel vitreo, his eccleſijs exceptis, in quibus mos eſt aſſeruandi aquam baptiſmalem in vaſe amplo marmoreo; vel lateritio, quales in ſingulis

paro-

Parochialibus eccleſijs haberi cupimus. Sint etiam fontes baptiſmales adeò alti, vt ſuper illis non poſſit ſederi. Exorciſmi, ideſt adiurationes contra malignos ſpiritus, & cathechiſmi, ideſt inſtructiones, quę in baptiſmate adhibentur, clarè, diſtinctè, & intelligibiliter à ſacerdote baptizante proferantur, & cæteri pij, & laudabiles ritus cum decore obſeruentur, niſi neceſſitas eos omitti cogat. Abſint autem inter baptizandum omnes ioci, riſus, & ſcurilitates, cum in hoc ſacramento maxima grauitate ſit opus, & attentione ad ea, quæ fiunt, quęque dicuntur. Renouentur autem omni anno chriſma, & aqua baptiſmalis, & vetus comburatur. Caueaturq; à Parochis, ne laici ſacrum chriſma in baptiſmo tangant, neque etiam linteola, quibus baptizatus vnctus abſtergitur.

ADDITIO AD CAP. VII.

¶ Hoc Baptiſmi Sacramentum ità cupimus à Parochis eo ſplẽdore miniſtrari; vt cunctis patere poſſit, quàm ſit magnum, quamq; præclarum, Ideò quædam ordinare decreuimus, quibus, quæ vſui huius ſacramenti ſunt deſtinata, ſplendidè, ac magnificè, prout æquum eſt, retineantur. Præter igitur ſtatuta à Reuerendiſſimo Viſitatore rubr. de Sacramentis; & primo de baptiſmate, ac ſupradicta Synodali Conſtitutione præcipimus, quod vas in quo conſeruatur aqua baptiſmalis ſit marmoreum, non autem laterititium, & ſuper illud retineatur decens piramis lignea ornata aliquo panno, vel ſerico; vel ſaltem lineo, & ſuper baptiſterium adſit Baldachinum ſaltem coraminis deaurati. Piramis ipſa clauſa cõtinuò retineatur fida claui ſuperargentata cum floco ex ſericò contexto. Aqua baptiſmalis, vt magis munda conſeruetur, cooperiatur cooperculo æraminis ſtamneati. Chriſmi nũ

continuo retineantur in capſa coraminis cum burſa ſericea albi coloris, ſuper qua teneatur velum albi pariter coloris ſatis decens, & gubernetur in fœneſtrella in pariete à cornu Euangelij altaris maioris intus de ſerico tecta, in qua fœneſtrella aſſeruetur etiam vas olei infirmorum, & quæ ab extra ſit picta cum inſcriptione Olea ſacra, *quæ etiam continuò retineatur clauſa fida claue ornata, vt ſuprà; Et cum ſacrum Chriſma de anno in annum ſit renouandum feria quinta in Cœna Domini, qua die* Dominus *Ieſus poſtquam cœnauit cum Diſcipulis ſuis, & lauit eorum pedes, Chriſma conficere docuit, & vetus in ſanctis Eccleſijs ſit cremandum, ideò chriſmate non amplius quàm vno anno vti, niſi præoccupante morte, quis non debet ad baptizandum, aut ad infirmos vngendum, ſed vetus eſt comburrendum, atq; deinceps nouo vtendum ſub excommunicationis pœna. Olea prædicta, quæ ſolemnitate Paſchatis Reſurrectionis, uel alio quouis tempore à Matricæ Eccleſia pro vſu eccleſiarum Parochialium peti ſolent, non per quemcunq; eccleſiaſticum, ſed ſi qua neceſſitas aut Parochorum occupatio eſt, per Subdiaconum ad minus, honorificè, & qua decet decentia, & munditię ferantur, quia inhonorum eſt inferioribus ſumma committi. Non admittatur aliquis cum armis ad leuandum puerum.*

Quòd ij infantes baptiZandi, quos non conſtat liquidò fuiſſe baptiZatos. Cap. VIII.

SI verò incertum ſit, nunquis fuerit baptizatus, quòd maxime in expoſitis pueris, & illegitimis continget, ſacerdotes tutiorem partem eligendo baptizabunt

eos conditionaliter hoc modo, N. ſi tu es baptizatus, ego te non rebaptizo, ſi non es baptizatus, ego te baptizo, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Idem fiat cum probabiliter ſuſpicari poterũt, infantes non ritè baptizatos.

Tenendum librum in qualibet Parochia, in quo deſcribantur diligenter nomina omnium baptizatorum. Cap. VIIII.

HAbeant quoque omnes curati librum, in quo nomina, & cognomina omnium baptizatorum, parentum, & compatrum, diesq; deſcribantur hoc modo, Die tali ego. N. baptizaui. N. filium. N. fuit compater. N. & comater. N. Idque fiat non ſolum, vt poſſit haberi certitudo de ætate cuiuſcunque, ſed etiam vt poſſit certò ſciri, quos inter contrahatur cognatio ſpiritualis impediens matrimonium contrahendum, & dirimens iam contractum. Huiuſmodi autem liber perpetuò ſeruetur in qualibet parochia, & tranſeat ad ſucceſſores. Quod etiam ſeruari volumus in libro, in quo nomina matrimonio iunctorum deſcribentur. Quibus de rebus extat Concilij Tridentini Decretum, quòd nos apponi faciemus, cum de matrimonij Sacramento tractabimus.

Seſſ. 24. c. 2.

ADDITIO AD CAP. IX.

¶ Cum legitimitas, & ætas quandoq; contingat aliter probari non poſſe, niſi per Parochi librum, cui creditur, cum verſemur in his quæ ſpectant ad eius officium, ideoq; dicitur legalis, & plenam fidem facere circa baptiſmum, & matrimonium,

trimonium. Cumq; à ſacro Conc. Tridentino Seſſ. 24. cap. 1. verſ. Habeat Parochus, & c. 2. verſ. Parochus de reform. matrim. aſtringatur Parochus illum compilare, & diligenter custodire. Ideò vt Parochi ſciant qualiter ordinare debeant hunc librum hic præſcribere curauimus formam deſcribendi baptizatos in dicto libro. Declarantes quod per hanc formã à nobis traditam non intendimus derogare fidei, quæ præſtanda eſſet libris, in quibus baptizati ſub alia formula eſſent conſcripti.

N. de N. filius. N. & N. coniugum ortus die tali, hora tali infraſcripti menſis, & anni baptizatus fuit per me N. Præpoſitum, ſeu Curatum, ſeu Rectorem S. N. Papiæ; vel talis Oppidi, quem è ſacro fonte ſuſceperunt N. & N. ad hoc idonei per me reperti, præcedentibus debitis examinationibus, & qui per me moniti fuerunt de opportunis, & neceſſarijs. Die tali menſe . . . . anno . . . . . Si contigerit puerum fuiſſe baptizatum domi fiat de hoc mentio, & quis baptizauerit, & deinde ſuppleantur in Eccleſia ſolemnitates, vt in rituali, et deſcribantur in libro quinam tenuerint puerum ad dictas ſolemnitates.

Aduertẽtes Parochos, ne in deſcribendis ſupraſcriptis diebus, horis, & anno, illos nõ deſcribant per abacũ, ſed littera longa, & currenti; Et diligenter ſe informent à Patre, Matre, & alijs de domo, ac ab obſtetrice, qua hora ortus fuerit infans, vt eam fideliter poſſint in dicto libro deſcribere.

Quæ poſt baptiſmum à Parocho facienda. *Cap. X.*

PEracto baptiſmo admoneat Parochus baptizati parentes, ſiue etiam ſuſceptores, qualis gratia ba-

ptizatũ collata fuerit, nempè quòd, ex diaboli filio trãſijt in adoptionem filiorum Dei, ex reo perditionis trãſlatus eſt in regnum Dei, & factus membrum Chriſti, & hæres cœlorum merito Sanctiſſimæ paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius corpori inſitus eſt per baptiſmum. Deletur enim in baptiſmo, & demergitur peccatum originale, (quod omnes Adæ poſteros arcet à regno cœlorum) & ſi quod actuale reperit in baptizando. Hoc igitur nomine magis gaudere debent parentes, quàm ſi ampliſſimum imperium liberis acquiſiuiſſent; hoc maximè ſcopo ad nuptias conuolare debent Chriſtiani, & filios optare, nempe vt eos Chriſto offerant, conſecrent, in eius Sanctiſſima lege erudiant, & ſub glorioſiſſimo Chriſti trophæo alant militaturos. debebunt itaque parentes, & ſuſceptores meminiſſe, cuius rei facti ſunt ſpõſores pro infantibus, quos in baptiſmo Deo offerunt, vel ſuſcipiunt: Et propterea, cum ad ætatem adultam peruenerint, eos doceant chriſtianæ fidei rudimenta, nempe orationem Dominicam, ſymbolum Apoſtolorum, & Diuinæ legis præcepta, ſubindeque tam patres, quam compatres admonebunt baptizatos, quid Deo promiſerint in hoc contractu, ſeu fœdere cum ipſo Deo inito: ſpoponderunt enim ſe ea omnia credituros, quæ ſacroſancta fides chriſtiana exigit, & viuere, ſicuti decet tantis myſterijs initiatos, Chriſti membra factos, & ad regnum cœlorum vocatos. Renunciatur enim in Baptiſmo diabolo, & operibus eius, mundo, & eius pompis, & carni cum ſuis cõcupiſcentijs, ita vt baptizatus ſe huic mũdo mortuum exiſtimare debeat, & Chriſto conſepul-

tum, vt non ſequatur mundi concupiſcentias, vel carnis illecebras, ſed in lege Domini meditetur die ac nocte, ex cuius obſeruatione perpetua illi ſalus obueniet, ſicuti ex eius præuaricatione æternæ mortis reus conſtituetur. Enitatur igitur omni ſtudio innocentiam in baptiſmo aquiſitam, quoad eius fieri poterit, conſeruare, vt ſecurus appareat ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti in die iudicij. Cogit incuria noſtrorum temporum pluribus hac in re immorari cum res chriſtianæ, & tanti momenti ita negligantur à quibuſdam, vt cæremonia tantum videantur, qui ne cogitant quidem, vel ſcire curant, quid in baptiſmo profeſſi fuerint, & Deo promiſſerint qui falli non poteſt, quam ſupinam ignorantiam, & incuriam dubium non eſt eſſe radicem omnium ferè malorum, quæ in chriſtiana republica quotidie pullulant, & exoriuntur, dum exiſtimant ſibi licere viuere, vt alienos à Chriſto, neq; cogitant vigore promiſſionis in baptiſmate Deo factæ, ſe obſtringi ad piè, iuſtè, ſobriè, & caſtè viuendum. Neq; hi infelices, & deflendi ad mentem reuocant, quanti ſit periculi hoc tantum fœdus cum Deo initum violare. Expedierit igitur plurimum ad tollendos omnes abuſus baptizatos omnes profeſſionis factæ ſæpe meminiſſe, atq; frequenter officij ſui admoneri. Ro. 6. Col. 2. Tit. 2.

Expedire Compatres honeſtæ vitæ eſſe. Cap. XI.

NEque verò parentes, aut compatres contenti erũt verbis ſolis, liberis, & à ſe ſuſceptis præſcribere,

quid

quid chriſtiano conueniat; ſed etiam operibus ipſis viuum ſe exemplum ſtudeant exhibere liberis,& ſuſceptis, vt ne quid in ipſis conſpiciatur, vel ex eorum ore audiatur, quod chriſtiana profeſſione ſit indignũ. & ideo mandamus non admitti ad ſuſcipiendum infantes in baptiſmo, vel confirmatione perſonas infames,& vitæ nefariæ,& quæ ſaltem fidei chriſtianæ rudimenta neſciant, & ea ſint ætate,vt parẽtes eſſe poſſint, vel qui eo anno non fuerint peccata confeſſi,& nõ ſum pſerint tempore debito Sanctam Eüchariſtiam, aut aliàs excommunicatæ,& à iure prohibitæ ſint, cum non deceat ſpondere ſanctimoniam pro alijs eos, qui peccatis ſunt contaminati. Quod verò vinculum contrahatur tam in baptiſmo,quam in confirmatione, & cũ quibus, dicetur inferius, cum de matrimonio agetur.

Edictum contra tenentes infantes in lecto: Cap. XII.

COgunt nos imbecilla ætas infantum, & eorum crebri interitus, qui in dies accidunt, mandare omnibus matribus,& nutricibus,ne ſub excommunicationis pœna vllo modo, vel aliquo prætextu teneant in eodem lecto ſecum infantes maximè nocte, ſeu aliàs dum dormiunt, niſi ſaltem annum vnum compleuerint. Et ſi quis, vel ſi qua mulier huiuſmodi infantem ſuum, vel alienum tenens in lecto oppreſſerit, condemnamus huiuſmodi in libras viginti Imperiales applicãdas Hoſpitali pauperum expoſitorũm, pro dimidia parte, altera verò pars applicabitur alijs pijs vſibus de conſilio noſtro,ſeu Vicarij noſtri. *De*

De Sacramento Confirmationis. Cap. XIII.

SIcuti in Baptiſmo datur ſpiritus ad remiſſioné peccatorum, ita in Confirmatione datur iam baptizatis ſpiritus ad robur, tanquam iam pugnaturis. Vnde dicitur Confirmatio, quòd virtute Spiritus Sancti, quem dubio procul recipiunt confirmati in hoc Sacramento, qui illi obicem non ponunt, ſed qua decet fide, & animi diſpoſitione ad hoc ſacramentum accedunt. Appellatur quoq; chriſma, id eſt vnctio, quòd chriſtiani hoc myſterio tanquam athletæ vnguntur aduerſus diabolum viriliter certaturi. Admoneant parochi parentes confirmandorum, vt non ſinant præſentari infantes ſuos ante ſeptennium, & ea ætate conſtitutos, vt poſſint veriſimiliter meminiſſe, ſe hoc Sacramento initiatos, ne iteretur, cum ſit vnum ex his, quæ cum imprimant in anima recipientis indelebilem characterem non ſunt vllo modo iteranda. Par quoque contrahitur in confirmatione cognatio ſpiritualis atque in Baptiſmo, impediens matrimonium contrahendum, & dirimens iam contractum. Monebunt igitur parochi ſuos ſubditos, vt liberos ſuos omnino hoc ſacramento munire ſatagant. Nullus non confirmatus, vel ignorãs rudimenta fidei, publicè criminoſus, aut qui temporibus ab eccleſia ſtatutis non confiteatur ſua peccata, vel non ſumat Sanctam Euchariſtiam admittatur ad tenẽdum aliquem in confirmatione. Neque vnus plures teneat eodem die. Neque clericus aliquis audeat tenere aliquam mulierem in confirmatione. Et quoniam hu-

ius ſacramenti miniſter eſt ſolus Epiſcopus, nos, dum id impartiemur, illius vim, & efficaciam per nos, aut per aliquem ſacrum concionatorem populis explanabimus, vt huic ſacramento debitus honos habeatur. Idem tamen facere teneantur parochi in eccleſijs ſuis. Quia verò noſtra infelici tempeſtate nullum ſacramentum Eccleſiaſticum reliquit hæretica rabies, quod non lacerarit, opere pretium fuerit, parochos frequenter legere doctrinam traditam à patribus in Concilio Tridentino, vt ſi qui reperientur hoc morbo infecti, hac adhibita ſalubri doctrina ſanentur.

ADDITIO AD CAP. XIII.

¶ Cum vix niſi ſeptennio adimpleto quis memoriam eorum, quæ ſibi contigerunt habere poſſit, & tunc vſus rationis illuceſcere incipiat, Ideò hoc noſtro ordine volumus, quòd nullus admittatur ad hoc Confirmationis ſacramentum niſi expleto ſeptimo anno. Et cum hoc Sacramentum ſicut, & cætera conferat gratiam, & per vnctionem Sanctificatio Spiritus adhibeatur ad gloriam; Ideò Parochi moneant confirmandos, adultos ſaltem, vt antequam accedant ad hoc ſacramentum ſuſcipiendum confiteantur prius peccata, vt mundi donum Spiritus Sancti valeat accipere, ac illuſtrati, & ſanctificati poſſint recedere, atq; vt ſigaculum fidei, quod in fronte ſuſcipiunt eos donis cœleſtibus repleat, quò illius gratia confortati, intrepidè, & audacter coram regibus, & poteſtatibus huius ſæculi, nomen Chriſti portare, ac libera voce prædicare valeant.

De

De pœnitentia Sacramento.
Cap. XIIII.

CVm in pœnitentiæ Sacramento adminiſtrando ſacerdotes, & iudicis partes gerant, & medici, curãdum omnino ipſis erit, vt rite, & pro dignitate Sacramenti ſe gerant. In hoc enim maximè Sacramento requiritur integritas in ipſis parochis, ſeu alijs Sacerdotibus confeſſarijs, ingens eruditio, & prudentia, ne vel tacenda dicant, ſeu interrogent, vel omittant neceſſaria, neu vnico colirio (quod aiunt) omnes morbos curare credant, habenda enim eſt ratio diligens ætatis, ſexus, ſtatus, & conditionis pœnitentium, & quilibet cautè de vita ſua examinandus, & fructus pœnitentia dignus cuique cõfeſſo crimina ſua imponendus, Nempè ea ſatisfactio, quæ proſit, & ad tollendum ſcandalũ, ſi quod datum eſt proximo, & vt ipſe cõfitens ſanctius vitam agat in poſterum. Vnde neceſſe erit presbyterũ confeſſarium habere in promptu pręcepta, & locos cuique ætati, ſtatui, Sexui, & conditioni vtiles, & neceſſarios. Inficiari. n. non poſſumus maximam abuſuum, ſuperſtitionum, & delictorum partem in eccleſia vigere, quia hoc ſacramentum non rite ſuſcipitur, vel admi niſtratur. Qui. n. ex conſuetudine, ſeu pro cęremonia quadam tantum accedit ad hoc pęnitentiæ ſacramentum, & non ea animi affectione, qua decet, & peccati contritione, ac propoſito deinceps vitam in melius mutandi, quid aliud agit, quàm ſe ipſum decipit? & Deum quodã modo irridet? Dum illius ſacramẽto non

vulgarem iniuriam infert. Et qui ſacerdos debitas admonitiones peccatoribus ad ſe confluentibus non prebet, & conſcientias peccati horrore concuſſas, tranquil-
Matt. 18 lare neſcit, nec peccati grauitatem exponit, nec gehennæ ac tremendi iuditij diuini (quod peccatores impœnitentes manet) horrorem non incutit, quid aliud efficit? quàm quòd falſis pœnitentijs infœlices peccatores decipit? ac ſe ipſum vnà cum illis (quibus, vel imprudentia ſua, vel turpis lucri deſiderio indulgentius blanditur) grauiſſimo Dei iuditio inuoluit, & cæcus cæcũ ducit, vt ambo in foueam damnationis æternæ cadãt?
Matt. 15 Quod ne accidat, adhibeat quilibet pœnitens eam diligentiam in perquirendo animę ſuę egrotanti peritum, fidelem, ac ſolicitum confeſſorem, quam adhiberet in quærendo medico pro ſanãdo corpore peſſimè affecto. Confeſſarius verò ſacerdos videat, ne qua in ſe deſideretur conditio, quæ neceſſaria ſit ad hoc ſacramentum pro ipſius dignitate miniſtrandum, quod quantò ſecretius exercetur, & maiori cum ſummiſſione à pœnitentibus ſuſcipitur, tantò magis poſſunt huius ſacramenti miniſtri vel prodeſſe, vel obeſſe confitentibus.

Nulli ſacerdoti ſeculari, vel regulari licere audire confeſsiones, niſi prius examinatus, & approbatus fuerit. Cap. XV.

FAtemur quidem ſacerdotes omnes (qui ſoli ſunt Sacramenti pœnitentię miniſtri) dum ab Epiſcopis ordinantur, ac conſecrantur, accipere auctoritatẽ remittendi peccata, dum Epiſcopi impoſitis manibus

capi-

capitibus ordinatorum nomine Chriſti dicunt. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt; Attamen hæc poteſtas ordinis non ſufficit, niſi illis detur etiam auctoritas iuriſdictionis, quod fit, dum ipſis ſacerdotibus datur iuriſdictio, & præficiuntur alicui curæ, vel alias admittuntur legitime ab habentibus auctoritatem ad audiendas Chriſti fidelium confeſſiones. Cum igitur clarum ſit, quòd inutiliter quis cõfiteatur, ſi non ſuo ſacerdoti, vel non habenti iuriſdictionem illum abſoluendi peccata ſua cõfiteatur, Monemus omnes nobis ſubditos tam clericos, quam laicos, atq; præcipimus, ne alicui confiteantur, niſi ſacerdotibus ſecularibus, vel regularibus per nos, & examinatores à nobis deputandos approbatis, & admiſſis, ne confeſſionem iterare ſit neceſſe. Mandamus autem omnibus ſacerdotibus, ne omnino audeant confeſſionibus Chriſti fidelium audiendis ſe ingerere, niſi prius examinati, & ad id admiſſi per nos fuerint, aut alias idonei iudicati ſub pœna ſuſpenſionis ab officio audiendi confeſſiones arbitrio noſtro, & ſcutorum vigintiquinque quotieſcunque contra hoc edictum fecerint, cum intollerãdum ſit irretire conſcientias, (quod fit, dum qui nullã habent iuriſdictionem, præſumunt hoc ſacramento miniſtrare) quas in hoc maxime Sacramento pacare, & à ſcrupulis liberare deceret. Sint igitur in omnibus Parochijs Curati temporibus debitis cum ſuis ſuperpelliceis, ſeu cottis in eccleſijs, & locis publicis, vt palam videantur, parati ad audiendas confeſſiones. Neq; vlli omnino liceat ſe eximere ab hoc exami-

ne cuiuſuis ſit ordinis, quouis priuilegio, exemptione, & conſuetudine in contrarium non obſtantibus; quibus ſacra Synodus Tridentina in hac parte derogauit hoc decreto.

CAP. XVI.

Seſſ. 23. c. 15.

QVamuis presbyteri in ſua ordinatione à peccatis abſoluendi poteſtatem accipiãt, decernit tamen ſacroſancta ſynodus, nullum etiam regularem, poſſe confeſſiones ſecularium etiam ſacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut parochiale beneficiũ, aut ab Epiſcopis, per examen; ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat, priuilegijs, conſuetudine quacumque etiam immemorabili non obſtãte.

ADDITIO AD CAP. XV.

¶ Quia parochi ſæpè coram nobis conqueſti fuerunt, quod quando occurrit in eorum Parochia exiſtere infirmos, ipſi quandoque ignorant huiuſmodi infirmos adeſſe, propter negligentiam habitantium in domo dictorum infirmorum, & idcirco non poſſe eorum officio, & muneri ſatisfacere; & quandoq; (quod prius eſt) infirmos morte præoccupatos decedere abſque ſacramentis. Ideo monemus, & in Domino enixe rogamus coniunctos, ac omnes familiares, & domeſticos infirmi, vt quamprimum certiorem reddant Parochũ de tali infirmitate, vt præſto eſſe poſſint, & adhibere ſpiritualia, & cæleſtia medicamenta animæ ipſius infirmi. Confeſſarijs verò, tàm ſæcularibus, quàm Regularibus (ſi eos euocari contigerit ad audiendam confeſſionem alicuius infirmi) præcipimus, & illis iniungimus ſub pœna ſuſpen-

ſionis

ſionis ab audiendis confeſſionibus ipſo facto incurrenda, vt ſtatim audita confeſſione commonefaciant proprium infirmi Parochum de tali infirmo, & ſeipſos illius confeſſionem audiuiſſe.

Item decernimus, quòd curati mercenarij non poſſint de vno loco ad alium ſe transferre, vt ibi curam animarum exerceant tanquam proprij illius loci Curati, niſi prius nouo examini ſe ſubiicerent ſub pœna ſcutorum viginti quinque.

Populus frequenter hortandus ad pœnitentiam. Cap. XVII.

CVm Chriſtus, & eius præcurſor Ioannes à pœnitentia prędicationem ſuam ſint exorſi, ſatis indicant omnes legitimos prædicatores debere populos frequenter ad huiuſmodi pœnitentiam hortari, vt aptiores ſint ad ſuſcipienda alia ſacramenta, & maxime ſanctiſſimam Euchariſtiam, cuius frequens vſus eſt Chriſtianis perutilis. Apoſtoli nanque, & cæteri naſcentis Eccleſiæ patres nequaquam potuiſſent ſe opponere tot procellis aduerſus ipſos ſubinde exurgentibus, & ſęuiſſimas perſecutiones, nec non Martyria ſuſtinere, niſi & Spiritus Sancti præſentia adiuti fuiſſent, & frequenter ſe tutiſſimo præſidio Sanctiſſimæ Euchariſtiæ aduerſus ingruentes tempeſtates muniuiſſent. Lucas enim ait eos perſeuerantes fuiſſe quotidie in oratione, & fractione Panis. Igitur & ob alia exercitia ſpiritualia, & maxime propter frequentem, & deuotam Corporis, & Sanguinis Domini noſtri ſuſceptionem, credibile eſt, eos adeò conſtantes in aduerſis, & ardentes in bonis, & laborioſis operibus extitiſſe, cum quoti-

Matt. 3. Mar. 1. Luc. 3. Act. 2

die, aut ſaltem diebus feſtis, cum rei diuinæ intererant, communicarent Chriſti fideles. Aucta deinde re christiana, ſedatis tyrannorum perſecutionibus cœperunt rarius à Chriſtianis ſuſcipi hæc ſacramenta, cum animum à cœleſtium, & diuinarum rerum cogitatione ad terrena paulò auidius conuertiſſent. Cœpere enim ter ſolum in anno communicare chriſtiani laici, nempe in Paſcate, Penthecoſte, & Natiuitate Domini. Tepeſcente deinde magis caritate chriſtianorum, adeò nonnulli tardi, & ſegnes erant ad ſuſcipienda hæc diuina ſacramenta, vt neceſſe fuerit in Concilio Generali ſtatuere, vt ſi quis chriſtianus ſaltem ſemel in anno non confeſſus fuiſſet ſua peccata, & ſanctam Euchariſtiam non ſumpſiſſet, & viuus eccleſiam non intraret, Ideſt pro excommunicato haberetur, & mortuus ſepultura chriſtiana careret. Mandamus igitur omnibus curatis, nec non ſacris Contionatoribus, vt crebrò populos ad ſacramentum pœnitentię, & Euchariſtiæ digne frequentandum hortentur, Idque maxime in quadrageſima ab ipſis fiat. Inculcentq; ſæpe, ne expectent vltimũ tempus quadrageſimæ, ſed omnino confiteantur ante Dominicam de Paſſione, aut ſaltem ante Dominicam Palmarum, vt maiori deuotione, & præparatione ſuſcipiant ſanctiſs. Euchariſtiã, & commodius audiãtur à confeſſoribus. Et totam continentiam capituli Omnis vtriuſque ſexus. populis explicent, quod viſum eſt hic ſubdere, cum maximam vtilitatem, & ſacerdotibus & laicis præſtare poſſit, dum vtrique officij ſui tam clarè, & humaniter admonentur, Cupimus itaq; illud ad omnibus ſępius legi, & ſtudioſiſſimè obſeruari.

Cap.

Cap. XVIII.

OMnis vtriusque ſexus fidelis poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit, omnia ſua ſolus peccata, ſaltem ſemel in anno fideliter confiteatur proprio ſacerdoti, & iniunctam ſibi pœnitentiam proprijs viribus ſtudeat adimplere, ſuſcipiens reuerenter ad minus in Paſcha Euchariſtiæ Sacramentum, niſi forte de proprijs ſacerdotis conſilio ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab huiuſmodi perceptione duxerit abſtinendum, alioquin & viuens ab ingreſſu eccleſię arceatur, & moriens chriſtiana careat ſepultura. Vnde hoc ſalutare ſtatutum frequenter in eccleſijs publicetur, ne quiſquam ignorantiæ cæcitate velamen excuſationis aſſumat. Si quis autem alieno ſacerdoti voluerit iuſta de cauſa ſua confiteri peccata, licentiam prius poſtulet, & obtineat à proprio ſacerdote, cum aliter ipſe illum non poſſit abſoluere, vel ligare. Sacerdos autem ſit diſcretus, & cautus, vt more periti medici ſuperinfundat vinum, & oleum vulneribus ſauciati, diligenter inquirens, & peccatoris circumſtantias, & peccati, quibus prudenter intelligat, quale debeat ei præbere conſilium, & cuiuſmodi remedium adhibere, diuerſis experimentis vtendo ad ſaluandum ægrotum. Caueat autem omnino, ne verbo, aut ſigno, aut alio quouiſmodo aliquatenus prodat peccatorem, ſed ſi prudentiori conſilio indiguerit, illud abſque vlla expreſſione perſonæ caute requirat. Quoniam qui peccatum in pœnitentiali iuditio ſibi dete-

Ex de pœ. & remiſſ.

Luc. 10.

ctum

ctum præſumpſerit reuelare, non ſolum à ſacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agẽdam perpetuam pęnitentiam in arctum monaſterium detrudendum.

Denunciandos publicè pro excommunicatis non Confitentes, vel non Communicantes temporibus ab Eccleſia Statutis. Cap. XIX.

CONtra quod Concilij Decretum, ne ab aliquo chriſtiano viuatur, ſed exactiſſimè ſeruetur, Mandamus omnibus parochis, vt habita diligenti perquiſitione fidelium curæ ſuæ commiſſorum, eos omnes ad officiũ noſtrum deferãt, Qui omni anno vel nõ fuerint confeſſi, vel non ſumpſerint Sanctiſſimum Chriſti corpus in feſto Paſcatis Reſurrectionis Domini Noſtri, qđ intelligendum eſt à die Iouis Sancti vſque ad octauam Reſurrectionis incluſiue, Idq; agant ante lapſum quindecim dierum poſt Dominicam in albis. Quos verò comperterint per duos annos, aut plures perſtitiſſe abſque debita confeſsione, & ſuſceptione ſanctiſsimæ Euchariſtiæ, eos auctoritate noſtra excommunicatos publicè denuntient, & frequenter parochi diebus Dominicis in celebratione Miſſarum publice ipſorum excõmunicatorum nomina, & cognomina pronuncient, vt ſaltem rubore confuſi reſipiſcant, & conuertantur ad Dominum, & ab omnibus vitari mandent, nullo alio expectato à nobis mandato. Qui Curatus negligentia, vel malitia huiuſmodi non confeſſos, vel non communicatos non detulerit in ſcutata decem punietur. Cui

pœnæ

pœnæ etiam ſubiaceat quicunq; Curatus alicui in Parochia ſua exiſtenti licentiam dederit alibi, quàm in Parochia ſua in feſto Paſchatis communicandi.

ADDITIO AD CAP. XIX.

¶ *Et ſi per hanc Conſtitutionem ſatis fuerit tunc prouiſum circa non confeſſos, & eos, qui non ſuſceperunt Sanctiſſimum Eucharistiæ Sacramentum ſaltem ſemel in anno, in feſto ſcilicet Paſchatis Reſurrectionis D. N. I. C. cum tamen his temporibus non ſine graui animi noſtri mœrore adeò tepeſcerit Chriſtiana Diſciplina, vt quandoque aliqui negligant, quæ ſunt ad eorum ſalutem neceſſaria, & aliquando Parochorum etiam in curia huic præcepto de ſe communicando ſaltem ſemel in anno plurimi non ſatisfaciant. Ea ideò ratione cogimur grauiora adhibere remedia, vt mortuam deuotionem aliquorum ad vitam reuocemus, cum non ſit reprehenſibile, immo neceſſarium ſecundum varietatem temporum ſtatuta quoque humana variare, præſertim cum vrgens neceſſitas, vel euidens vtilitas id expoſcit. Parochos igitur in primis monemus, eſſe eccleſiæ Dei præpoſitos, ità vt non ſolùm benè viuendo ſibi ſubditos bono exemplo inſtruere debeant, ſed etiam vt fiducialiter prædicando, & corrigendo ſingulis præponant antè oculos ſua peccata, vt exinde pœnitentes ingemiſcant; nec vnum ſinè altero, quibus animarum cura eſt commiſſa, proderit: nam quamuis ſanctè viuant, ſi tamen perditè viuentes arguere, aut erubeſcerint, aut metuerint, cum omnibus, qui ipſis tacentibus perierunt, peribunt. Si quando igitur contigerit aliquos exiſtere, qui debitis temporibus non fuerint confeſſi, & ſacra communione refecti, Parochus eos non ſolùm ſemel, ſed & pluries commoneat, ne in cœpta mala vita progrediantur, ſed cum vero cordis dolore corrigantur, eorumq; debito ſatisfaciant: inquit enim Propheta. Clamans*

ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Si autem (quod abſit) poſt admonitionem viderit, adhuc illos obſtinatos in malo propoſito perdurare, eoſdem in genere nullis expreſſis nominibus ſecunda Dominica poſt feſtum Paſchatis intra Miſſarum ſolemnia iterum admoneat, quod ſcilicet ſi ab inde vſque ad tertiam Dominicam poſt dictum feſtum Paſchatis non fuerint confeſſi, & communicati authoritate Ordinaria illis hoc Decreto demandata interdicentur ab eccleſia. Si eos tandem deprehenderit adhuc perſeuerare in malo propoſito, & non ſatisfecerint eccleſiæ præcepto, ipſoſmet, vt competenti ſeueritate coerceantur, eadem tertia Dominica poſt dictum feſtum Paſchatis Reſurrectionis in Miſſa conuentuali, ſeu Parochiali vti inconfeſſos, aut non communicatos abſq; aliquo alio ordine à nobis expectando ab ingreſſu eccleſiæ nominatim, & proprijs nominibus expreſſis interdicat iuxta formam per nos in calce præſentis noſtri decreti materno ſermone, vt ab omnibus Parochianis intelligatur, præſcriptum, niſi aliter à nobis, ſeu à Vicario noſtro eſſet ordinatum in ſcriptis. Poſtquam autem hos interdixerit, volumus quod Præfectus eccleſiæ vrbanus termino octo, forenſis verò termino quindecim dierum, eorum nomina, & cognomina deferat in ſcriptis ad tribunal Epiſcopale in manibus Cancellarij noſtri, vt contra horum vulnus catholico ferro ſæuiendo poſſimus cæleſtia medicamenta pro ſanitate adhibere. Parochus qui negligens fuerit in his ſeruandis, punietur in ſcutis viginti quinque vſibus pijs arbitrio noſtro applicandis, præter id, quod ſi ita ſtrenuè in ſuo munere obeundo non ſe geſſerit, vt auertat peccatorem à via ſua impia, vt viuat, & ipſe impius in iniquitate ſua moriatur, ſanguis peccatoris de eius manu requiretur à Deo. In reliquis firma remaneat Conſtitutio ſupradicta.

Forma

Forma Interdicendi.

D'Ordine dell'Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Monſignor Gio. Batiſta Biglia Veſcouo noſtro di Pauia, &c. ſi dichiarano interdetti dall'ingreſſo d'ogni Chieſa, e priuati della ſepoltura Eccleſiaſtica, in euento che morano ſenza euidenti ſegni di penitenza, gli infraſcritti per non eſſerſi communicati nella feſta di Paſcha di Reſurrettione di N. Signore proſſima paſſata come commanda la S. Madre Chieſa.

Et publicentur nomina, & cognomina interdictorum.

Poſtquam inobedientes prædicti fuerint interdicti, Parochus exponat cedulam affixam valuis eccleſiæ Parochialis, in qua ſint ſcripta nomina, & cognomina interdictorum, quæ cedula ſit ſubſcripta manu Parochi tenoris ſequentis.

D'ordine di Monſig. Illuſtriſſimo, & Reuerendiſs. Gio. Batiſta Biglia Veſcouo di Pauia, &c. per la facoltà conceſſaſi dà S. Sig. Illuſtriſſima nelli Decreti Synodali, ſi ſono dichiarati interdetti per non eſſerſi cõmunicati queſta Paſcha di Reſurrettione di N. Sig. proſſima paſſata dell'anno preſente gl'infraſcritti.

Et ponantur nomina, & cognomina interdictorum, cum die, quo exponetur cedula, & Parochus ſe ſubſcribat.

Cæterum horum occaſione opportunũ cenſuimus de aliquibus monere Parochos, vt accuratiori ſtudio, & diligentia, qua fieri poſſit, ſaluti animarum eis commiſſarum poſſint conſulere.

Primo, quod ſi contigerit aliquem eſſe abſentem tempore Paſchatis, & is alibi eo tempore ſanctiſſimam Eucharistiam aſſerat ſumpſiſſe, teneatur poſt eius aduentum planum facere teſtimonium Parochi, à quo allegabit ſe fuiſſe communicatum cum literis legalitatis Ordinarij ſi ſumpſerit Eucharistiam extrà Diœ-

teſim, alioquin teneatur communicare in propria Parochia. Idem ſeruetur in allegante ſe habere duo domicilia, & quod ſum pſerit Eucharistiam in parochia vnius domicilij, quod teneatur deferre idem teſtimonium Parochi alterius domicilij.

Secundo, quod antequam quis reficiatur tempore Paſchatis ſanctiſſimo Eucharistiæ Sacramento, ſi confeſſus fuerit propria peccata alteri à Parocho, teneatur ipſi Parocho deferre fidem confeſſionis.

Tertiò, nullus Parochus poſſit Paſchali tempore ſacram Communionem præbere tranſeuntibus de alia Parochia ad ſuam, niſi prius habeat fidem communionis antecedentis Paſchatis à Parocho illius Parochiæ.

Forma ſeruanda in abſolutione eorum, qui publicati fuerint excommunicati. Cap. XX.

QVum autem Deus illuminauerit corda illorum, vt ad ea, quæ ad animarum ſuarum ſalutem inſtituta ſunt, verè aſpirent, velintque in gremium eccleſiæ redire, capitiſque eccleſiæ, qui Chriſtus eſt, membra effici, tunc ceſſante in illis cauſa, ex qua extra chriſtianorum cõſortium excluſi erant, & à nobis licentia obtenta, ſacerdos curatus eos omnes, qui publicati, ac denunciati ſunt excommunicati, in die Dominico, ſeu feſtiuo iubeat ad fores eccleſiæ ſtare genibus flexis, ad quos ante Miſſarum celebrationem, & datis campanarum ſignis, aſtante populi multitudine ad diuina congregati, accedat apparatus cum ſtola, & virga in manu, eosq; ſeruata forma à iure tradita in abſoluendo excommunicatos, abſoluat, dato iuramento, quod non amplius talia committent, ſed parebunt mandatis eccleſiæ.

Cum

Cum Pſal. Miſerere. Cum Gloria Patri, percutiendo eũ virga, finito quolibet verſiculo, & Kirie. ter, & oratione Dominica, & quatuor verſiculis, Saluum fac &c. Nihil proficiat &c. Eſto ei, &c. Domine exaudi &c. Et oratione, Deus cui proprium &c. mutando verbum delictorum in verbum excommunicationis. Et poſtea abſoluendo dicat, ego abſoluo te à vinculo excommunicationis, quam incurriſti pro eo, quòd non es confeſſus, & communicatus hoc anno, & reſtituo te communioni fidelium, & poſtea mandet ei, quod mandaturus eſt. Aduertendum autem eſt, quod talis percuſſio omittenda erit in mulieribus, cum non deceat mulieres verberari.

ADDITIO AD CAP. XX.

¶ Si occurrerit aliquem declarari interdictum ab Eccleſia, qui poſtea penitentia ductus ad Eccleſiam reuerti deſideret, eandem in tali abſoluendo mutatis mutandis, prout ab excommunicatione, ſeruandam eſſe formam mandamus.

Conditiones veræ confeſsionis. Cap. XXI.

SI innocentiam in Baptiſmo donatam, ſeu reſtitutã Chriſtiani ſeruarent, pœnitentia opus non haberent, cuius cum tres ſint partes nempe contritio, confeſſio, & ſatisfactio, videat Sacerdos à confeſſionibus, vt in pęnitente ſit contritio, quæ habere debet dolorem de præterito, & propoſitum in futurum peccata vitandi quantum humanæ vires ferent, nam abſq; tali contritione nullus pęccator eſt capax beneficij abſolutio-

nis.

nis. Ideo ante confeſſionem interrogent diligenter ſacerdotes noſtri, an talis ſit in confitente contritio, nunquid confeſſurus ſit irretitus aliqua excommunicatione, vel crimine ligatus, à quo ipſi illum abſoluere non valeant. Hoc enim caſu expediet illum potius à ſe dimittere, quàm permittere, vt recenſeat peccata à quibus illum non poſſunt abſoluere, Si verò in eo nullum huiuſmodi impedimentum eſſe cognouerint, poſtquã pœnitentis peccata audierint cum ſuis circunſtantijs, & diligenter cõfitentis vitam, & actiones diſcuſſerint, abſoluant illum huiuſmodi forma, quàm propter rudes viſum eſt annectere.

Forma abſolutionis ordinaria. Cap. XXII.

MIſereatur tui &c. Indulgentiam &c. Dominus noſter Ieſus Chriſtus abſoluat te, & ego auctoritate ipſius abſoluo te à vinculo excommunicationis in quantum poſſum, & indiges, & reſtituo te ſacramentis Eccleſiæ, & participationi fidelium. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. Item eadem auctoritate abſoluo te ab omnibus peccatis tuis. In nomine Patris, & filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti, merita B. Mariæ ſemper Virginis, & omnium ſanctorum, & quicquid boni feceris, & mali ſuſtinueris ſint tibi in remiſſionẽ peccatorum, in augmentum gratiæ, & in præmium vitæ æternæ. Amen. Huiuſmodi forma abſoluendi vtetur ſacerdos, aut ſimili ab eccleſia tamen recepta, cuiuſmodi multæ formæ reperiuntur apud auctores approbatos.

Quid

Quid poſt confeſsionem cum pœnitente agendum. Cap. XXIII.

QVo peracto ſatisfactionem confeſſo iniungant congruam, ideſt pro qualitate delicti, & quam maxime fieri poterit conformem canonibus pœnitentialibus (qui omnibus ſacerdotibus confeſſarijs maxime noti eſſe deberent) cum ſalubri admonitione, vt quod à ſe peruerſe actum eſt deteſtetur, ac ſic vitam ſuam deinceps inſtituat, ne in vllum peccatum læthale poſt hac incidat, quemadmodum Chriſtus dixit mulieri adulteræ, à ſe liberatæ. Vade, & iam noli amplius peccare, vtq; eum affectum habens credat per Dei miſericordiam in virtute præcioſi ſanguinis Chriſti per abſolutionem impertitam in verbo eius ſibi remiſſa eſſe peccata, ſibiq; in communione ſanctæ Eccleſiæ viuenti fore in parte ſatisfactionis peccatorum non ſolum pœnitentiam à ſacerdote iniunctam, ſed etiam omnia bona, quę ſponte faciet, & aduerſa, quæ patienter tolerabit. Curent autem confeſſores canones pœnitentiales bene noſse, caueantq;, ne illos abſoluant, qui ad reſtitutionem alienorum quocunque modo, & legatorum ad pias cauſas perſolutionem tenentur, ſi facultatem habent, niſi prius debitè ſatisfecerint, exceptis grauiter ægrotantibus, qui tamen monendi ſunt, vt quamprimum debitum perſoluere curent. Aduertant ſacerdotes, ne pœnitentias pecuniarias vel dicendarum miſſarum pœnitentibus iniungant, ne videantur id agere, quo pecuniæ ipſis confeſsoribus dentur. Meminerint etiam publicè peccantibus publicam iniungere pœnitentiam,

tentiam, quod Paulus iubet, & nouiſſimè Concilium Tridentinum confirmauit, vt ſcandalo, & damnis illatis ſatisfiat.

ADDITIO AD CAP. XXIII.

¶ Quoniam à nonnullis, vt accepimus, contra Apoſtolicas monitiones, & ſacri Tridentini Concilij decretum Seſ. 24. c. 8. de reform. in præſenti Conſtitutione ad confeſſariorum eruditionem enuntiatum, ſecreta, non publica, publice peccantibus iniungi aliquando videtur pœnitentia, non animaduertentibus ex ipſa Concilij diſpoſitione munus hoc Epiſcopi eſſe præcipuum, quando magis ex prudentia ſua, & ſubditorum vtilitate expedire iudicauerit, confeſſarijs in hoc omni prorſus authoritate carentibus; Ob id, vt in poſterum tales ab omnibus euitentur errores, confeſſarios omnes monemus, ne publicũ hoc penitentiæ genus nobis, aut Vicario Generali noſtro inconſultis in aliud ſecretum in poſterum commutare audeant, iuſſimusq; ipſum ſacri Concilij decretum poſt præſentem imprimi conſtitutionem.

Decretum Concilij Tridentini.

APpoſtolus monet, publicæ peccantes palam eſſe corripiendos quando igitur ab aliquo publice, & in multorum conſpectu crimen commiſſum fuerit, vnde alios ſcandalo offenſos, commotosque fuiſſe non ſit dubitandum, huic condignam pro modo culpæ penitentiam publicè iniungi oportet, vt quos exemplo ſuo ad malos mores prouocauit, ſuæ emendationis teſtimonio ad ſuam reuocet vitam; Epiſcopus autem publicæ hoc penitentiæ genus in aliud ſecretum poterit commutare, quando ita magis iudicauerit expedire.

ADDI-

Quò loco, et tempore confeſsiones audiendæ. Cap. XXIV.

NVllus ſacerdos audeat perſonas ſuſpectas, & maximè mulieres, audire in confeſſione in locis obſcuris, vel ſuſpectis, ſed id fiat publice in eccleſijs poſt ortũ ſolis, & ante illius occaſum. Nè verò vlla de hoc ſacramento falſa opinio mentibus fideliũ hæreat, recurrent ſæpe parochi ad canones, quos patres in Tridentina Synodo ſtatuendos duxerunt pro conſeruanda huius Sacramenti integritate, ac ſinceritate.

ADDITIO AD CAP. XXIV.

¶ *Hoc confeſſionis ſacramentum, quo mediante Athleta Chriſti, ſi quando in pugna vulneretur, reſurgere, & iuuari, Deoq; reconciliari tantum poteſt, vt omnibus numeris abſolutum remaneat, neue aliquo confeſſarius illaqueari poſſit errore confeſſionalium formam, cæteraq; hic ſubnecti iuſſimus requiſita.*

Forma confeſſionalium, & ſubſedilium.

QVod confeſſionales, & ſubſedilia habeant hoſtium ante, quod illud in medium ſcindatur, & pars ſuperior omnino leuetur, & aptetur à parte penitentis, ita quòd non poſſit in faciem cerni, & ante oculus eiuſdem penitentis retineatur imago Sanctiſſimi Crucifixi, & intus retineatur etiam copia Bullæ in Cœna Domini legi ſolita, & caſus Illuſtriſſimo D. Epiſcopo reſſeruati, & confeſſionale ipſum ſemper retineatur in loco patenti Eccleſiæ.

De Sacramento Euchariſtiæ. Cap. XXV.

ETſi vtilis eſt in adminiſtratione omnium aliorum ſacramentorum pia expoſitio effectus eorumdem Sacramentorum, quò rite a Chriſtianis percipiantur, Id tamen potiſſimum fieri eſt neceſſe in ſacroſancto eucharistiæ ſacramento, cum hic non ſolum ſint ſigna quædam, & effectus occulti in animis recipientium, vt in cæteris ſacramentis eccleſiaſticis, ſed etiam fiat tranſubſtantiatio panis, & vini in Corpus, & Sanguinem Domini remanentibus ſpeciebus illis ſine ſubiecto, q̃d in nullo alio contingit ſacramento. Tantò igitur magis in adminiſtratione huius ſacramenti populo erit neceſſaria parochi doctrina, quantò hic neceſſe eſt magis captiuare intellectum in obedientiam fidei, & aliud credere corde, quàm quod oculis conſpicimus, manibus palpamus, & alijs ſenſibus haurimus, vt ſileamus, quòd nullibi periculoſius erratur, quàm ſi non rite, & pro dignitate hoc tantum ſacramentum miniſtretur, vel recipiatur. Ex quo poterunt iudicare parochi noſtri, quantopere ipſos oporteat inuigilare, & ſtudere, ne vel ipſi peccent circa hoc altaris ſacramentum, quo eccleſia nihil auguſtius, aut ſublimius habet, vel eorum negligentia incuria, aut imperitia populus erret in credendo quid indignum hoc tanto ſacramento. Vt igitur in promptu habeant ſacerdotes noſtri, quæ circa hoc Sacratiſsimum Sacramentum credenda, & quę deteſtanda, profuerit hic, vt in alijs Sacramentis ſaluberrimam doctrinam tradditam à patribus in Oecumenica Synodo tridentina ſæpius legere.

Seſſ. 24.

De

De Cuſtodia Sacramenti. Cap. XXVI.

QVamuis Deus vbique ſit præſentia, & auctoritate conuenit tamen, vt etiam ſacramentaliter in omnibus frequentibus, & amplis parochijs tam in vrbe, quam extra aſſidue ſanctiſſimum Chriſti corpus ſeruetur in vaſe honorifico nempe argenteo, aut ſaltem aurichalchi deaurato cum lampade ſemper ardēte, prout ex nunc omnino ſeruari mandamus, & in altari maiori, & in tabernaculo honorifico, & bene munito ibidem collocato. In quibus etiam cupimus erigi fraternitatem, ſeu ſocietatem ſub titulo ſanctiſſimi corporis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, vt honorificentius huius Sacramenti (cuius cauſa cęteræ deuotiones fiunt) memoria habeatur. Aſſeruabunt autem parochi hoc Sacramentum ſub tuta fida, & diligenti cuſtodia adhibitis clauibus, & ſæpe ideſt decimo quinto quoque die mutabunt, ne quid immunditiæ, vel corruptionis ſuboriatur. Habebunt quoq; ſacerdotes (vbi commode id fieri poterit) vmbellam, ſeu balduchinum, ſub quo geſtetur, cum ad ęgrotos defertur, vel proceſſiones fiunt, & tintinnabulū, cuius tinnitu fideles ad adorādū & comitandū hoc Sacramentū excitētur. Meminerint autem ſemper in prædictis caſibus detecto omnino capite incedere, niſi ætatis, vel temporisqualitas aliud poſcat, quo caſu reticulo, ſeu ſubireto licebit caput tegere. Et cum ad ægrotos portatur Euchariſtia duas ſaltem particulas deferant, vt vna in redeundo referatur, eademq; illi reuerentia impendatur, & in primis videbunt, ne in tractando hoc ſacramento aliquod ex- Sect. 13.

cidat fragmentum. Qui enim permiſerit ſua incuria aliquid de hoc ſacramento in terram cadere, vel alibi, vel non cuſtodierit diligenter à furibus, & à corruptione, vel ſegnis fuerit in miniſtrando hoc Sacramentum infirmis, & alijs petentibus, cum opus erit, grauiter à nobis punietur pœnis canonicis, & arbitrarijs Hortabũtur quoq; parochi Chriſti fideles, vt frequenter hoc Sacramentum ſuſcipere velint, vt bonorum, quæ rite ſumentibus conferuntur, participes ſint, & mala, quæ negligentibus accidunt, vitent: Chriſtus enim negat vitæ fore participes, qui ſuper cibo hoc nauſeant: niſi (inquit) manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Sacrum quoque Concilium Lateranenſe excommunicatione eos percellit, qui non ſaltem ſemel in anno hoc ſacramentnm perceperint, vt habetur in capite, Omnis vtriuſq; ſexus &c. ſuperius, cum de pœnitentia tractatum eſt, poſito.

ADDITIO AD CAP. XXVI.

¶ Ea eſt huius ſanctiſſimæ Eucharistiæ ſuper reliqua ſacramenta excellentia, vt quæ in præſenti enunciantur Conſtitutione ſint omninò ſeruanda non ſolũm, ſed alia quamplura, vt eo magis diuinitas eius refulgeat, maioriq; reuerentia, & ſanctitate ad illud percipiendum accedatur, pro tam excellenti ſacramenti præſtantia duxerimus addenda. Primo præcipimus, vt in poſterum non amplius ſingulo ſolo decimo quinto, ſed octauo quolibet die commutetur. Secundo ſi contigerit in vaſe aliquo auricalchi particulas conſecratas ſeruari, volumus cupam ſaltem argenteam intus deauratam in vaſe illo adeſſe, ibiq; ſeruari debere cum lampade ſemper accenſa, in qua ad-

ſit,

ſit, & ponatur oleum oliuarum, ſecluſa qualibet olei alia ſpecie ſub pœna nobis arbitraria. Tertiò declaramus verba illa, quod quando ad ægrotos portatur, &c. *intelligi debere, quando per vrbem, oppida, & villas, non quando per loca periculoſa, longiq; itineris deffertur, quoniam in his caſibus vnam tantùm particulam infirmo dandam defferri poſſe declaramus; volumuſq; tunc ſuper peliceum Sacerdotem exuere, priuatimq; domum redire debere; Quarto præcipimus in actu adminiſtrationis Sacramenti tempore preſertim Paſchali, & quando populi adeſt frequentia, non in calice, nec ſuper patena, ſed in Pixide tantùm particulas teneri debere, duoq; ſaltem intortitia vltra candelas ſuper altari ardentes accendēda eſſe. Quinto abſq; vello ſeu panno lineo decenti ante communionem ſuſcipientes miniſtrari minimè deberi hoc Sanctiſſimum Sacramentum, nec quòd eo actu aut tempore exponatur baccinela, quodq; purificatio non niſi in vaſe vitreo fiat.*

Forma cuſtodiæ.

F*Orma cuſtodię talis eſſe debet, quòd continuò retineatur cum ſuo conopeo decenti ex ſerico cooperta colorum ab eccleſia permiſſorum iuxta temporum rationem, intus verò ex ſericò coloris rubei intexta, cum corporali ſubtrato, non plicato, ſed ſimplici capacitatis ipſius cuſtodie, eaq; continuo clauſa retineatur fida claue ſuperaureata cum floco ex ſerico coloris rubei, & auro contexto.*

De

De Matrimonio. Cap. XXVII.

IN omnibus quidem eccleſiaſticis ſacramentis abuſus non ferendi irrepſerant nimia indulgentia, ſeu negligentia Prælatorum, & aliorum chriſtianorum; circa tamen ſacramentum matrimonij potiſſimum enormiter paſſim peccabatur, ita vt in priuatis locis abſque parochi interuentu, & plerumque occultè, vel coram minus honeſtis perſonis non tamquam res ſacra, eccleſiæ ſacramentum, & quod perpetuum, & indiſſolubile vinculum inter contrahentes induceret, ſed vt viliſſimus contractus celebraretur. Ex quo mirum non erat, ſi Spiritusſancti gratia huiuſmodi clandeſtinis, & plerunq; doloſis, & per impoſturam contractis matrimonijs non aderat, neque bona matrimonij, & fructus Sacramento digni inde proueniebant, ſed contraria omnia ijs accidebant, quæ initio contrahentes ſibi proponebant, His igitur abuſibus euellendis, & priſtino decori ſacramento reſtituendo cum cernerent ſinguli Epiſcopi ſe non ſufficere, neceſſe fuit, vt Oecumenicum Concilium Tridentinum tale adhibuerit remedium, cuius decreta, & ſalubres conſtitutiones, vt ab omnibus ſciãtur, & inuiolabiliter obſeruentur, viſum eſt his etiam noſtris Conſtitutionibus inſerere, quamuis aliàs publico edicto omninò ſeruari mandauerimus. Seſſ. 24.

Decreta de reformatione Matrimonij. Cap. XXVIII.

TAmetſi dubitandum non eſt, clandeſtina matrimonia libero contrahentium conſenſu facta,

rata,

rata, & vera eſſe matrimonia, quamdiu Eccleſia ea irrita non fecit, & proinde iure damnandi ſint illi, vt eos ſancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera, ac rata eſſe negant, quique falſo affirmant, matrimonia à filijs familias ſine conſenſu parentum contracta irrita eſſe, & parentes ea rata, vel irrita facere poſſe, nihilominus ſancta Dei Eccleſia ex iuſtiſſimis cauſis illa ſemper deteſtata eſt, atque prohibuit. Verum cum Sancta Synodus animaduertat, prohibitiones illas propter hominum inobedientiam iam non prodeſſe, & grauia peccata perpendat, quæ ex eiſdem clandeſtinis coniugijs ortum habent, præſertim verò eorum, qui in ſtatu damnationis permanent, dum priore vxore, cum qua clam contraxerant, relicta, cum alia palam contrahunt, & cum ea in perpetuo adulterio viuunt: cui malo cum ab Eccleſia, quæ de occultis non iudicat, ſuccurri non poſſit, niſi efficacius aliquod remedium adhibeatur, iccirco Sacri Lateranenſis Concilij ſub Innocentio III. celebrati, veſtigijs inhærendo precipit, vt in poſterum antequam matrimonium cõtrahatur ter à proprio contrahentium Parocho tribus continuis diebus feſtiuis in eccleſia inter Miſſarum ſolennia publice denuncietur, inter quos matrimonium ſit contrahendum, quibus denunciationibus factis, ſi nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie Eccleſiæ procedatur, vbi Parochus viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo conſenſu intellecto, vel dicat, Ego vos in matrimonium coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vel alijs vtatur verbis iuxta receptum vniuſcuiuſque prouinciæ ritum,

Quod

Quod ſi aliquando probabilis fuerit ſuſpicio, matrimonium malitiosè impediri poſſe, ſi tot præceſſerint denũciationes, tunc vel vna tantum denunciatio fiat, vel ſaltem Parocho, & duobus, vel tribus teſtibus præſentibus matrimonium celebretur. Deinde ante illius conſummationem denunciationes in eccleſia fiant, vt ſi aliqua ſubſunt impedimenta, facilius detegantur, niſi Ordinarius ipſe expedire iudicauerit, vt prædictæ denunciationes remittantur, quod illius prudentiæ, & iudicio ſancta Synodus relinquit. Qui aliter, quàm præſente Parocho, vel alio ſacerdote, de ipſius Parochi, ſeu Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus teſtibus matrimonium contrahere attentabunt, eos ſancta Synodus ad ſic contrahendum omnino inhabiles reddit, & huiuſmodi contractus irritos, & nullos eſſe decernit, prout eos præſenti decreto irritos facit, & annullat. Inſuper Parochum, vel alium Sacerdotem, qui cum minore teſtium numero, & teſtes, qui ſine Parocho, vel ſacerdote huiuſmodi contractui interfuerint, nec non ipſos contrahentes grauiter arbitrio Ordinarij puniri præcipit. Præterea eadem ſancta Synodus hortatur, vt coniuges ante benedictionem ſacerdotalem in templo ſuſcipiendam in eadem domo non cohabitent; ſtatuitque benedictionem à proprio Parocho fieri, neque à quoquam niſi ab ipſo parocho, vel ab Ordinario licentiam ad prędictam benedictionem faciendam alij ſacerdoti concedi poſſe, quacunque conſuetudine, etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda eſt, vel priuilegio non obſtantibus. Quòd ſi quis parochus, vel alius ſacerdos, ſiue Regularis, ſiue ſecularis ſit, etiam ſi id ſibi

ex

ex priuilegio, vel immemorabili conſuetudine licere contendat, alterius Parochiæ ſponſos ſine illorum Parochi licentia matrimonio coniungere, aut benedicere auſus fuerit, ipſo iure tamdiu ſuſpenſus maneat, quam diu ab ordinario eius Parochi, qui matrimonio intereſſe debebat, ſeu à quo benedictio ſuſcipienda erat, abſoluatur. Habeat Parochus librum, in quo coniugum, & teſtium nomina, diemque & locum contracti matrimonij deſcribat, quem diligenter apud ſe cuſtodiat. Poſtremò ſancta Synodus coniuges hortatur, vt antequam contrahant, vel ſaltem triduo ante matrimonij conſumationem ſua peccata diligenter confiteantur, & ad ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentũ pie accedant. Si quæ Prouinciæ alijs, vltra prædictas, laudabilibus conſuetudinibus, & cærimonijs hac in re vtuntur, eas omninò retineri ſancta Synodus vehementer optat. Ne verò hæc tam ſalubria præcepta quemquam lateant, Ordinarijs omnibus præcipit, vt quam primum poterint, curent hoc decretum populo publicari, ac explicari in ſingulis ſuarum Diœceſum Parochialibus eccleſijs, idque in primo anno quam ſæpiſſimè fiat, deinde verò quoties expedire viderint. Decernit inſuper, vt huiuſmodi decretum in vnaquaque parochia ſuum robur poſt triginta dies habere incipiat, à die primæ publicationis, in eadem parochia factæ, numerandos.

DOcet experientia, propter multitudinem prohibitionum, multoties in caſibus prohibitis ignoranter contrahi matrimonia, in quibus, vel non ſine

magno peccato perſeuεratur, vel ea non ſine magno ſcandalo dirimuntur. Volens itaque ſancta Synodus huic incommodo prouidere, & à cognationis ſpiritualis impedimento incipiens, ſtatuit, vt vnus tantùm ſiue vir, ſiue mulier, iuxta ſacrorum canonum inſtituta, vel ad ſummum vnus, & vna baptizatum de Baptiſmo ſuſcipiant, inter quos, ac baptizatum ipſum, & illius patrem, & matrem, necnon inter baptizantem, & baptizatum, baptizatique patrem, ac matrem tantùm ſpiritualis cognatio contrahatur. Parochus antequam ad Baptiſmum conferendum accedat, diligenter ab ijs, ad quos ſpectabit, ſciſcitetur, quem, vel quos elegerint, vt baptizatum de ſacro fonte ſuſcipiant, & eum, vel eos tantum ad illum ſuſcipiendum admittat, & in libro eorum nomina deſcribat, doceatque eos quam cognationem contraxerint, ne ignorantia vlla excuſari valeant. Quòd ſi alij vltra diſignatos baptizatum tetigerint, cognationem ſpiritualem nullo pacto contrahant, conſtitutionibus in contrarium facientibus non obſtantibus, ſi parochi culpa, vel negligentia ſecus factum fuerit, arbitrio Ordinarij puniatur. Ea quoq; cognatio, quæ ex confirmatione contrahitur, confirmãtem, & confirmatum, illiusque patrem, & matrem, ac tenentẽ nõ egrediatur, omnibus inter alias perſonas huius ſpiritualis cognatiõis impedimẽtis omninò ſublatis

I IVſtitiæ publicę honeſtatis impedimentum, vt ſponſalia quacumque ratione valida non erunt, ſancta Synodus prorſus tollit, vbi autem valida fuerint, primũ gradum non excedant, quoniam in vlterioribus gradibus

bus

bus iam non poteſt huiuſmodi prohibitio abſque diſpendio obſeruari.

PRæterea ſancta Synodus eiſdem, & alijs grauiſſimis de cauſis adducta, impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contractum, inducitur & matrimonium poſtea factum dirimit, ad eos tantum, qui in primo, & ſecundo gradu coniunguntur, reſtringit. In vlterioribus verò gradibus ſtatuit, huiuſmodi affinitatem matrimonium poſtea cõtractum, nõn dirimere. II

SI quis intra gradus prohibitos ſcienter matrimonium contrahere præſumpſerit, ſeparetur, & ſpe diſpenſationis conſequendæ careat, idque in eo multo magis locum habeat, qui non tantum matrimonium contrahere, ſed etiam conſummare auſus fuerit. Quòd ſi ignoranter id fecerit, ſiquidem ſolemnitates requiſitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eiſdem ſubijciatur pœnis: non enim dignus eſt, qui Eccleſiæ benignitatem facile experiatur, cuius ſalubria præcepta temere contempſit. Si verò ſolemnitatibus adhibitis, impedimentum aliquod poſtea ſubeſſe cognoſcatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit, tunc facilius cum eo, & gratis diſpenſari poterit. In cõtrahendis matrimonijs, vel nulla omninò detur diſpenſatio, vel raro, idque ex cauſa, & gratis concedatur. In ſecũdo gradu numquam diſpenſetur, niſi inter magnos Principes, & ob publicam cauſam. III

IIII DEcernit ſancta Synodus, inter raptorem, & raptam, quamdiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit, nullum poſſe conſiſtere matrimonium. Quòd ſi rapta à raptore ſeparata, & in loco tuto, & libero conſtituta, illum in virum habere conſenſerit, eam raptor in vxorem habeat, & nihilominus raptor ipſe, ac omnes illi conſilium, auxilium, & fauorem præbentes ſint ipſo iure excommunicati, ac perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces, & ſi clerici fuerint, de proprio gradu decidant. Teneatur præterea raptor mulierem raptam, ſiue eam in vxorem duxerit, ſiue non duxerit, decenter arbitrio Iudicis dotare.

V MVlti ſunt, qui vagantur, & incertas habent ſedes, & vt improbi ſunt ingenij, prima vxore relicta, aliam & plerumque plures, illa viuente, diuerſis in locis ducunt; cui morbo cupiens ſancta Synodus occurrere, omnes, ad quos ſpectat, paterne monet, ne hoc genus hominum vagantium ad matrimonium facile recipiant, magiſtratus etiam ſæculares hortatur, vt eos ſeuere coerceant. Parochis autem præcipit, ne illorum matrimonijs interſint, niſi prius diligentem inquiſitionem fecerint, & re ad Ordinarium delata, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint.

VI GRaue peccatum eſt, homines ſolutos concubinas habere, grauiſſimum vero, & in huius magni Sacramenti ſingularem contemptum admiſſum, vxoratos quoque in hoc damnationis ſtatu viuere, ac audere

dere eas quandoque domi, etiam cum vxoribus alere, & retinere. Quare vt huic tanto malo ſancta Synodus opportunis remedijs prouideat, ſtatuit huiuſmodi concubinarios, tam ſolutos, quàm vxoratos, cuiuſcunque ſtatus, dignitatis, & conditionis exiſtant, ſi poſtquam ab Ordinario, etiam ex officio ter admoniti ea de re fuerint, concubinas non eiecerint, ſeque ab earum conſuetudine non ſeiunxerint, excommunicatione feriendos eſſe à qua non abſoluantur, donec re ipſa admonitioni factæ paruerint. Quòd ſi in concubinatu per annum, cenſuris neglectis, permanſerint, contra eos ab Ordinario ſeuere pro qualitate criminis procedatur. Mulieres ſiue coniugatæ, ſiue ſolutæ, quæ cum adulteris, ſeu concubinarijs publicè viuunt, ſi ter admonitæ non paruerint, ab Ordinarijs locorum, nullo etiam requirente, ex officio grauiter pro modo culpæ puniantur, & extra oppidum, vel Diœceſim, ſi id eiſdem Ordinarijs videbitur, inuocato, ſi opus fuerit, brachio ſæculari, eijciantur, alijs pœnis contra adulteros, & concubinarios inflictis in ſuo robore permanentibus.

ITa plerumque temporalium Dominorum, ac Magiſtratuum mentis oculos terreni affectus, atque cupiditates excæcant, vt viros, & mulieres ſub eorum iuriſdictione degentes, maxime diuites, vel ſpem magnæ hæreditatis habentes, minis, & pœnis adigant cùm ijs matrimonium inuitos contrahere; quos ipſi Domini, vel Magiſtratus illis præſcripſerint. Quare cum maximè nefarium ſit matrimonij libertatem violare, VII

&

& ab eis iniurias naſci,à quibus iura expectantur,pręcipit ſancta Synodus omnibus cuiuſcumque gradus, dignitatis, & conditionis exiſtant ſub anathematis pęna,quam ipſo facto incurrant,ne quouis modo directe, vel indirecte ſubditos ſuos,vel quoſcumq; alios cogăt, quo minus libere matrimonia contrahant.

VIII AB Aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti vſque in diem Epiphaniæ, & à feria quarta Cinerum vſque in octauam Paſchatis incluſiue,antiquas ſolemniũ nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus obſeruari ſancta Synodus præcipit, in alijs vero temporibus nuptias ſolemniter celebrari permittit, quas Epiſcopi, vt ea, qua decet,modeſtia, & honeſtate fiant, curabunt, ſancta enim res eſt matrimonium, & ſanctè tractandum.

Pro vitandis erroribus in matrimonio legendam doctrinam Concilij. Cap. XXVIIII.

CVm verò hęretici rabię ſua noſtro ſeculo hoc maxime Sacramentum arroganter admodum lacerare præſumpſerint, eorum audatiæ eadem ſancta Synodus quibuſdam anathamatiſmis occurrere ſtatuit, ne plures eorum contagio pernitioſa traheret, quos vti le exiſtimamus parochos ſcire, cupientes huius Sacramenti,ſicuti & aliorum ſanam,catholicam, & orthodoxam doctrinam perpetuo vigere in noſtra Ticinenſi vrbe, & diœceſi propulſis omnibus hęreticorum,& ſchiſmaticorum erroribus.

Seſſ. 24.

Aduer-

Aduerſus contrahentes matrimonium non ſeruata Concilij forma, & de tollendis abuſibus in ſolemnizando matrimonio.
Cap. XXX.

DOlentes audimus, nonnullos ſpreta hac Concilij forma, & legi fraudem facientes, audere matrimonium conſumare ante publicationem, & contractũ legitimè matrimonium. Ideò mandamus omnibus matrimonium contracturis, ne quid tale audeant poſthac facere ſub excommunicationis pœna, & alijs arbitrarijs pœnis præcipientes parochis noſtris, vt nos quãprimum admoneant de huiuſmodi tranſgreſſoribus, quò debitis pœnis illorum audatia poſſit coherceri. Caueant etiam parochi, ne actus vlli in ſolemnizando matrimonio, vel in danda benedictione introducantur ſacro loco indigni, & ſicubi inducti fuerunt aliquæ conſuetudines indecoræ, & minus conuenientes ſacramento eccleſiaſtico tollantur omnino, vt mos frangendi ciathi, cachinni, & in ſumma omnes actus laſciui, & petulantia verba eleminentur è domo Dei, quam decet ſanctitudo.

ADDITIO AD CAP. XXX.

¶ Ut magnum hoc in Chriſto, & eius Eccleſia matrimonij Sacramentum, qua maiori fieri poterit obſeruantia, & dignitate à Parochis miniſtretur, vtq; quod vniuſcuiuſq; ipſorum muneris eſt, ita noſtro dilucidetur adminiculo, quod nulla deſu-

per

per dubitandi relinquatur occaſio infraſcripta, & conuenire, & ab eiſdem ad vnguem obſeruari debere mandamus. Primò, cum in hac Diœceſi ſoleant matrimonia contrahi coram Parocho mulieris, volumus, quod omnino iſta conſuetudo per Parochos ſeruetur, & quod à ſponſæ, non ſponſi Parocho in matrimonium iungantur, niſi à nobis, vel ſponſæ Parocho in ſcriptis obtenta licentia, idq; ſub grauiſſima nobis arbitraria pœna. Secundo, quod nec in ædibus priuatis, nec noctis tempore, nec in non parochiali Eccleſia abſq; noſtra licentia in ſcriptis celebretur matrimonium. Tertio, quod antequàm contrahatur matrimonium teneantur parochi ſponſos hortari, vt eorum confiteantur peccata, & Sanctiſſimam ſuſcipiant Eucharistiam. Quarto, quod ab eis aliquid peti non poſſit in contractu matrimonij. Quinto, quòd in deſcriptione matrimonij in libris ponantur nomina, & cognomina patris, & matris, ac Parochiæ contrahentium, & ſeruetur Rituale. Septimo, quod vt primùm puerperæ domum egrediuntur, ad parochialem Eccleſiam accedant ibiq; Deo gratias agant, et à proprijs parochis; & non ab alio abſq; ipſorum licentia benedictionem ſuſcipiant. Octauo, Parochi puerperarum domum, & ſi aduerſa valetudine etiam mortali laborent, pro huiuſmodi benedictione impartienda ſub pœna nobis arbitraria non ingrediantur.

De Sacramento ordinis. Cap. XXXI.

DVbium non eſt maximam malorum omnium (quę eccleſia Chriſti hodie patitur ab hæreticis, & cęteris hoſtibus) partem hinc prouenisse, quòd debita cura adhibita non eſt promouendis ad ſacerdotiũ tantummodo dignis. Hæc eſt enim Ianua, qua intratur

tur ad eccleſiaſticas dignitates, & functiones. Sancti quidem Chriſti Apoſtoli formam præſcripſerunt multis in locis, quam poſteri ſeruare deberent in eorum electione, qui eccleſiarum gubernaculis admouentur. Nam ſtatim poſt Spiritus ſancti miſſionem, cum in locum Iudæ proditoris alius eſſet cooptandus in collegium Apoſtolorum, duos (inquit Lucas) ſtatuerunt lectiſſimos viros ex his, qui cum ipſis conuerſati erant toto tempore, quo Dominus Ieſus inter ipſos intrauit & exiuit, electionem alterutrius domino comittentes. Et cum eligendi eſſent ſeptem primi Diaconi, conſideratè (inquiunt Apoſtoli) ex vobis viros boni teſtimonij plenos Spiritu ſancto ac ſapientia, quos conſtituamus ſuper hoc opus. Beatus verò Paulus nihil tàm ſeriò diſcipulis ſuis Tito & Timotheo præcepit, quàm vt diligentiſſimè animaduerterent, vti tantum in clerum eligerentur ij qui rectè, iuſtè & prudenter demandato ſibi munere fungi valerent, vt patet legentibus illius Epiſtolas. Negare certè non poſſumus, multum in hac parte eſſe peccatum, dum humani affectus omnia ſibi vendicant, ac præceptorum Apoſtolicorum, & Eccleſiaſticorum Ordinum forma negligitur. Nos verò dabimus operam ſedulò, vt poſthac ij tantum clero aſcribantur, qui probatis moribus litterarum ſcientia, & alijs qualitatibus hoc honore digni videbuntur. Quòd vt fiat facilius, formam Concilij Tridentini omninò ſeruabimus, quam ſubijciemus, ne quis cōtra formā Concilij, vel non habens conditiones à Cōcilio requiſitas ſe nobis ſiſtere audeat. Quòd verò ad iā admiſſos ſpectat, omnes in Domino monemus, vt

Act. 1.

Act. 6.

ſi minus ritè promoti ſunt, curent ſaltèm poſt promotionem ea diſcere, & facere, quæ ipſorum muneris ſunt, ne in viſitatione cogamur eos, vel ab officio ſuſpendere, vel etiam beneficio priuare, quod fiet, cum ijs, quorum ignorantia, vel vitæ turpitudo tanta fuerit, vt id mereantur.

I EPiſcopi per ſemetipſos Ordines conferant, quod ſi ægritudine fuerint impediti, ſubditos ſuos non aliter, quàm iam probatos, & examinatos, ad alium Epiſcopum ordinandos dimittant.

II PRima Tonſura non initientur, qui Sacramentum confirmationis non ſuſceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint, quiq; legere, & ſcribere neſciant, & de quibus probabilis coniectura non ſit, eos non ſæcularis iudicij fugiendi fraude, ſed vt Deo fidelem cultum præſtent, hoc vitæ genus elegiſſe.

III AD minores ordines promouendi bonum, à Parocho, & à Magiſtro Scholæ, in qua educantur, teſtimonium habeant. Hi verò, qui ad ſingulos maiores erunt aſſumendi, per menſem ante ordinationem Epiſcopum adeant, qui Parocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, vt nominibus, ac deſiderio eorum, qui volent promoueri, publicè in eccleſia propoſitis, de ipſorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus, & vita à fide dignis diligenter inquirat, & litteras teſtimoniales, ipſam inquiſitionem factá continentes, ad ipſum Epiſcopum quáprimum tráſmittat.

Nullus

NVllus prima Tonſura initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus conſtitutus, ante decimum quartum annum beneficium poſſit obtinere. Is etiam fori priuilegio non gaudeat, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeat, aut clericalem habitum, & Tonſuram deferens, alicui eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſeruiat, vel in Seminario clericorum, aut in aliqua ſchola, vel Vniuerſitate, de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos verſetur. In clericis verò coniugatis ſeruetur conſtitutio Bonifacij. IX. quæ incipit; Clerici, qui cum vnicis, modo hi clerici, alicuius eccleſię ſeruitio, vel miniſterio ab Epiſcopo deputati, eidẽ eccleſiæ ſeruiant, vel miniſtrent, & clericali habitu, & tonſura vtantur, nemini, quo ad hoc, priuilegio, vel conſuetudine, etiam immemorabili, ſuffragante. IIII De cleri. coniug. in Sext.

SAncta Synodus, antiquorum canonum veſtigijs inhærendo, decernit, vt quando Epiſcopus ordinationem facere diſpoſuerit, omnes, qui ad ſacrum miniſterium accedere voluerint, feria quarta ante ipſam ordinationem, vel quando Epiſcopo videbitur, ad Ciuitatem euocentur. Epiſcopus autem ſacerdotibus, & alijs prudentibus viris, peritis diuinæ legis, ac in Eccleſiaſticis ſanctionibus exercitatis, ſibi aſcitis, ordinandorum genus, perſonam, ætatem, inſtitutionem, mores, doctrinam, & fidem diligenter inueſtiget, & examinet. V

VI ORdinationes Sacrorum Ordinum, ſtatutis à iure temporibus, ac in Cathedrali eccleſia vocatis præſentibus ad id eccleſiæ Canonicis, publicè celebrentur. Si autem in alio Diœceſis loco, præſente clero loci, dignior, quantum fieri poterit, eccleſia ſemper adeatur. Vnuſquiſque autem à proprio Epiſcopo ordinetur. Quòd ſi quis ab alio promoueri petat, nullatenus id ei, etiam cuiuſuis generalis, aut ſpecialis reſcripti, vel priuilegij prætextu, etiam ſtatutis temporibus permittatur, niſi eius probitas, ac mores Ordinarj ſui teſtimonio commendentur. Si ſecus fiat, ordinans à collatione ordinum per annum, & ordinatus à ſuſceptorum Ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, ſit ſuſpenſus.

VII EPiſcopus familiarem ſuum non ſubditum ordinare non poſſit, niſi per triennium ſecum fuerit commoratus, & beneficium, quacumque fraude ceſſante, ſtatim re ipſa illi conferat, conſuetudine quacumque, etiam immemorabili, in contrarium non obſtante.

VIII ABbatibus, ac alijs quibuſcunque, quantumuis exemptis, non liceat in poſterum, intra fines alicuius Diœceſis conſiſtentibus, etiam ſi nullius Diœceſis, vel exempta eſſe dicantur, cuiquam, qui Regularis ſubditus, ſibi non ſit, Tonſuram, vel minores Ordines conferre, nec ipſi Abbates, & alij exempti, aut Collegia, vel Capitula quæcumque, etiam Eccleſiarum Cathedralium, litteras dimiſſorias aliquibus Clericis

ſæcu-

ſæcularibus, vt ab alijs ordinentur, concedant. Sed horum omnium ordinatio, ſeruatis omnibus, quæ in huius ſacroſanctæ Synodi decretis continentur, ad Epiſcopos, intra quorum Diœceſis fines exiſtunt, pertineat, non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs, præſcriptionibus, aut conſuetudinibus etiam immemorabilibus. Pœnam quoque impoſitam ijs, qui contra huius ſanctæ Synodi ſub Paulo III. Decretum à capitulo Epiſcopali, Sede vacante, litteras dimiſſorias impetrant, ad illos, qui eaſdem litteras non à capitulo, ſed ab alijs qui bus ſuis, in iuriſdictione Epiſcopi loco Capituli, Sede vacante, ſuccedentibus, obtinerent, mandat extendi. Concedentes autem dimiſſorias contra formam decreti ab officio, & beneficio per annum ſint ipſo iure ſuſpenſi.

MInores ordines ijs, qui ſaltem latinam linguam in telligant, per temporum interſtitia, niſi aliud Epiſcopo expedire magis videretur, conferantur; vt eò accuratius, quantum ſit huius diſciplinæ pondus, poſſint edoceri, ac in vnoquoque munere, iuxta præſcriptum Epiſcopi, ſe exerceant, idque in ea, cui adſcripti erunt, eccleſia, niſi fortè ex cauſa ſtudiorum abſint, atque ita de gradu in gradum aſcendant, vt in eis cum ætate vitæ meritum, & doctrina maior accreſcat. Quòd & bonorum morum exemplum, & aſſiduum in eccleſia miniſterium, atque maior erga Presbyteros, & Superiores Ordines reuerentia, & crebrior, quàm antea, Corporis Chriſti communio maximè comprobabunt. Cumque hinc ad altiores IX

gradus

gradus, & ſacratiſſima myſteria ſit ingreſſus, nemo ijs initietur, quem non ſcientiæ ſpes maioribus ordinibus dignum oſtendat. Hi verò non niſi poſt annum à ſuſceptione poſtremi gradus minorum ordinum ad ſacros ordines promoueantur, niſi neceſſitas, aut Eccleſię vtilitas, iudicio Epiſcopi, aliud expoſcat.

X NVllus in poſterum ad Subdiaconatus Ordinem ante vigeſimum ſecundum, ad Diaconatus ante vigeſimum tertium, ad presbyteratus ante vigeſimum quintum ætatis ſuæ annum promoueatur. Sciant tñ Epiſcopi non ſingulos, in ea ætate conſtitutos, debere ad hos ordines aſſumi, ſed dignos dumtaxat, & quorũ probata vita ſenectus ſit. Regulares quoq; nec in minori ætate, nec ſine diligenti Epiſcopi examine ordinẽtur, priuilegijs quibuſcumque, quo ad hoc, pœnitus excluſis.

XI SVbdiaconi, & Diaconi ordinentur, habentes bonũ teſtimonium, & in minoribus ordinibus iam probati, ac litteris, & ijs, quæ ad ordinem exercendum pertinent, inſtructi. Qui ſperant, Deo auctore, ſe continere poſſe. Eccleſijs, quibus aſcribentur, inſeruiant, ſciantque maximè decere, ſi ſaltem diebus Dominicis, & ſolemnibus, cum Altari miniſtrauerint, Sacram Communionem perceperint. Promoti ad ſacrum Subdiaconatus ordinem ſi per annum ſaltem in eo nõ ſint verſati, ad altiorem gradum, niſi aliud epiſcopo videatur, aſcendere nõ permittãtur. Duo Sacri Ordines non eodem die, etiam Regularibus,

conferantur

conferantur, priuilegijs, ac indultis quibuſuis conceſſis non obſtantibus quibuſcumque.

QVI pie & fideliter in miniſterijs anteactis ſe geſſerint, & ad presbyteratus ordinem aſſumuntur bonum habeant teſtimonium, & hi ſint, qui non modò in Diaconatu, ad minus annum integrum, niſi ob eccleſiæ vtilitatem, ac neceſſitatem aliud Epiſcopo videretur, miniſtrauerint, ſed etiam ad populum docendum ea, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutẽ, ac miniſtrandi Sacramenta, diligenti examine præcedente, comprobentur, atque ita pietate, ac caſtis moribus conſpicui, vt pręclarum bonorum operum exemplum, & vitæ monita ab eis poſſint expectari. Curet Epiſcopus, vt ij ſaltem diebus Dominicis, & feſtis ſollemnibus, ſi autem curam habuerint animarum, tàm frequenter, vt ſuo muneri ſatisfaciant, Miſſas celebrẽt. Cum promotis per ſaltum, ſi non miniſtauerint. Epiſcopus ex legitima cauſa poſſit diſpenſare. XII

QVamuis Presbyteri in ſua ordinatione à peccatis abſoluendi poteſtatem accipiant, decernit tamen Sancta Synodus, nullum, etiam Regularem, poſſe confeſſiones ſæcularium, etiam ſacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat, priuilegijs, conſuetudine quacumque, etiam immemorabili, non obſtantibus. XIII

CVM

XIV CVm nullus debeat ordinari, qui iudicio ſui Epiſco pi non ſit vtilis, aut neceſſarius ſuis eccleſijs, ſancta Synodus, veſtigiis ſexti Canonis Concilij Chalcedonenſis inhærendo, ſtatuit, vt nullus in poſterum ordinetur, qui illi eccleſiæ, aut pio loco, pro cuius neceſſitate, aut vtilitate aſſumitur, nõ aſcribatur, vbi ſuis fungatur muneribus, nec incertis vagetur ſedibus. Quòd ſi locum inconſultò Epiſcopo deſeruerit, ei ſacrorum exercitium interdicatur. Nullus præterea clericus Peregrinus ſine commendaticiis ſui Ordinarij litteris ab vllo Epiſcopo ad diuina celebranda, & Sacramenta adminiſtranda admittatur.

XV VT ſanctorum ordinum à Diaconatu ad Hoſtiariatum functiones ab Apoſtolorum temporibus in Eccleſia laudabiliter receptæ, & pluribus in locis aliquamdiu intermiſſæ, in vſum iuxtà ſacros Canones reuocentur, nec ab hæreticis tamquam otioſæ traducantur; illius priſtini moris reſtituendi deſiderio flagrans ſancta Synodus decernit, vt in poſterum huiuſcemodi miniſteria non niſi per conſtitutos in dictis ordinibus exerceantur, omneſq; & ſingulos Prælatos eccleſiarum in Domino hortatur, & illis præcipit, vt quãtum fieri commode poterit. In eccleſijs Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus ſuæ Diœceſis, ſi populus frequens, & eccleſiæ prouentus id ferre queant, huiuſmodi functiones curent reſtituendas, & ex aliqua parte reddituum aliquorum ſimpliciũ beneficiorum, vel fabricæ eccleſiæ, ſi prouentus ſuppetant, aut vtriſque illorum, eas functiones exercentibus ſtipendia aſſignent,

ſignent, quibus, ſi negligentes fuerint, ordinarij iudicio, aut ex parte mulctari, aut in totum priuari poſſint. Quod ſi miniſterijs quattuor minorum ordinum exercendis clerici cælibes præſto non erunt, ſuffici poſſint etiam coniugati vitæ probatæ, dummodo non bigami, ad ea munia obeunda idonei, & qui tonſuram, & habitum clericalem in eccleſia geſtent.

ADDITIO AD CAP. XXXI.

¶ *Cum non ſine magna animi noſtri perturbatione intellexerimus aliquos prima tonſura, minoribuſq; ordinibus initiatos, atq; eccleſiæ particulari addictos, & ſeu in ſcolis quaſi in via ad maiores ordines degentes, abſq; tonſura, & veſtibus paſſim vagari moribus, & vitæ honeſtate à cæteris laicis minimè diſtingui, eccleſiaſtico miniſterio, vt decet non vacare, nec id ipſum vel minima ex parte cogitare, aliquos, & noſtrorum ſubditorum in aliena Dioceſi prædia habentes à nobis clericalem characterem obtinere non valentes, ſe eius eſſe Dioceſis, in qua prædia poſſident, aſſerere, & ab illius ordinario clericalem characterem obripere, nonnulloſq; minime clericos habitum ipſum clericalem deferre, & dimiſſum etiam abſq; noſtra, aut Vicarij noſtri Generalis licentia in ſcriptis obtinenda reaſſumere edicto Illuſtriſs. & Reuerendiſs. DD. Cardinalis Rubei predeceſſoris noſtri diej 23. Iulij 1588. in hac materia edito non attento; auſi fuerint. Iccirco his, & ſimilibus occurere volentes alijs Conſtitutionibus, & ipſi edicto ſuperius enuntiato inherentes, omnes monemus, vt à talibus in poſterum agendis præcipuè animaduertant, ſcientes nos in eos omnes iuxtà facti, & perſonarum qualitatem grauiter, & ſine ſpe veniæ ſub pœna nobis arbitraria eſſe animaduerſuros.*

Requiſita ad habitum clericalem ſuſcipiendum antequàm

quis clericali tonſura initiari valeat. Quòd nullus accipere, aut habere poſſit habitum clericalem, qui prius non doceat de eius legitimitate, & etate, de vita, & moribus a Parocho, & de ſuſceptione Sacramentorũ, nec non & de vita, & moribus à ludi Magiſtro, & de eius progreſſu in litteris, item fidem facere teneatur ſe operam dediſſe, & dare exercitio Doctrinæ Chriſtianæ, nec non & deferre fidem malleficiorum Papiæ, ſeu loci, & Oppidi vbi natus eſt, qua atteſtetur ſe de nullo crimine delatũ, proceſſatum, inquiſitum, bannitum, aut condemnatum; & ſi aliquas habuit imputationes in foro ſeculari deſcribantur cum deſcriptione ſpecifica omnium, & quarumcumq; imputationum, quas habuerit, & quomodo fuerit ab eis liberatus. Denìq; fideiubere debeat pro ſumma ſcutorum quinquaginta de incedendo continuo in habitu, & tonſura decentibus iuxtà ordines &c. poſteaquàm licentiam eum ſuſcipiendi obtinuerit, & quòd in tali habitu, & tonſura inſeruiet Eccleſiæ ſibi aſſignandæ, & ſi ſemel habitum dimittat, quòd non poſſit illum reaſſumere, ſub pœnis de quibus in alia Conſtitutione.

Edictum contra non promotos ad ordines ſacros, quos eorum beneficia requirunt. Cap. XXXII.

NOnnulli poſſident beneficia requirentia aliquos ordines ſacros, quos tamen non curant recipere, neque in illis miniſtrare. Hi igitur oſtendunt clariſſimè, ſe non animo Chriſto deſeruiendi, clericali militiæ aſcriptos, ſed vt de Chriſti patrimonio luxurientur, & iniuſte de redditibus altaris viuant, cui nõ deſeruiunt. Contra hos officij ſui contemptores, & iura antiqua ſacro-

ſatrorum canonum, & nouiſſimè Concilium Tridentinum grauiſſimas pœnas ſanxit. Nos igitur inhærentes prædictis iuribus, ſi quem comperenmus nobis ſubditum non promotum ad ordines requiſitos intra tempus à iure ſtatutum, vel ſi poſtea aliquis adeptus fuerit aliquod beneficium eccleſiaſticum rèquirens aliquem ordinem ſacrum, ſi intra annum, vel etiam breuius ſpacium pro beneficij qualitate non ſe promoueri fecerit ad ordinem requiſitum, nulla alia monitione præmiſſa procedemus contra huiuſmodi omnibus pœnarum generibus vſque ad priuationem beneficiorum. cum non deceat Chriſti ſtipendijs eos ali, qui Chriſto militare non decreuerunt.

De ſacramento Extremæ Vnctionis. Cap. XXXIII.

SI alijs temporibus, vbi de Chriſtiani commodis agitur, Parochum ſolicitum eſſe decet, certè ipſum diligentiſſimum eſſe conuenit, chriſtianis in graui aliqua infirmitate, & mortis periculo exiſtentibus. Statim igitur Parochus, vt aliquem ſibi ſubditum audierit ægrotare, eum inuiſat, præcepta ſalutis illi tradat, horteturquè, vt ſi non eſt confeſſus, quamprimum omnia peccata ſua confiteatur & ſanctiſſimum Euchariſtiæ viaticum ſumat; quo Deus pœnitentis cognita emendatione, iracundiæ ſuæ flagella ab eo auertat, & priſtinæ ſanitati illum reddat, aut certè, ſi illum ab hac vita migrare contingat, moriatur in Domino. Poſtea ſi viderit opus eſſe, hortetur infirmũ ad ſuſcipiendum

ſacram vnctionem, dum integros ſenſus habet. Quæ & ſi adeo neceſſaria non eſt, vt abſque ea ſaluari non poſſit, ſi tamen ab aliquo negligeretur tamquam inutilis, is non careret & ſuſpitione hæreſis, & periculo damnationis æternæ. Doceant igitur Parochi populũ, ſacramentum extremæ vnctionis, non tantum à Chriſto inſtitutum fuiſſe, & ab eccleſia vſurpari, vt laborantes in extremis oleo ſancto inunganiur tamquam in extrema lucta decertaturi aduerſus ſatanicas tentationes, ſed etiam vt conualeſcant, ſi ita Domino viſum fuerit expedire ſaluti ægrotantium. Credibile enim eſt plurimos ab Apoſtolis hac vnctione ſanatos, quando, vt habetur apud Marcum, iuſſu Chriſti vngebant oleo infirmos, & quòd nunc non ſanentur, ſacramentum non eſt in culpa, ſed eorum incredulitas, vel exigua fides qui ipſum ſacramentum ſuſcipiunt, quemadmodum & ipſe Chriſtus querebatur, quòd propter incredelitatem quorundam non poterat multas virtutes & miracula in quibuſdam locis edere. Vt autem non eſt hoc ſanctiſſimo oleo, puer impubes, vel aliquis non petens vngendus, ita omnes hortandi ad hoc ſacramentum ſuſcipiendum, & eius virtus & efficatia ſæpius populo inculcanda, vt auidius quæratur, & in ſumma omnibus in extremis laborantibus hoc ſacramentum tradendum, quibus non eſt à iure prohibitum.

Pœna impedientis Sacerdotes, vel notarios ire ad infirmos. Cap. XXXIV.

STatuimus, vt nullus de cætero publicè vel occultè impediat, quo minus ſacerdotes parochiales, vel Notarij cum teſtibus ad infirmos intrare poſſint, quoties fuerit opportunum, & liberè, prout voluerint infirmi, & quo minus infirmi diſpoſitiones vltimæ voluntatis exprimant per teſtamentum, vel aliam quamcunque voluntatem, & ſi quis directè, vel indirectè per ſe, vel alium contrafecerit, ex nunc prout ex tunc, & è conuerſo excommunicationis ſententiam in eum promulgamus, hancquè Conſtitutionem ſæpiſſimè publicari in eccleſijs mandamus, ne quis ignorantiam prætendere valeat, & admoneant, quod vltra pœnam in præſenti noſtra Conſtitutione contentam tenentur læſis pro commodo, ſeu lucro, quod ex teſtamento, ſeu alia diſpoſitione reportaſſent, ſatisfacere.

Manifeſtè criminoſos non ſepeliendos in loco ſacrato, nec abſoluendos debitores, niſi ſatisfaciant. Cap. XXXV.

STatuimus etiam, quod nullus publicus concubinarius, vſurarius, vel aliàs flagitioſus, qui deceſſerit non edito aliquo pænitentiæ ſigno, in cœmiterijs vel locis ſacratis humetur, maximè ſi temporibus ab eccleſia ſtatutis non conſueuerat confiteri, & ſacram Euchari-

chariſtiam ſumere. Et quamuis ſacerdotes in mortis articulo poſſint ab omnibus peccatis abſoluere etiam in caſibus, non modo Epiſcopis, ſed & Summo Pōtifici reſeruatis, videbunt tamen, vt qui aliquem læſerūt, ſatisfaciant, vel ſaltem idoneè caueant, quòd damnū paſſis ſatisfiet. Id igitur omnes, qui ad aliquam reſtitutionem tenentur, facere debent, vſurarij verò maximè ad id cogendi ſunt, quos abſolui non licet, niſi cū effectu læſis reſtituant malè acquiſita, vel ſaltèm pignoribus, vel fideiuſſione, vel iuramento caueant, quòd condigna ſatisfactio fiet quamprimum, ſi ſuppetant facultates, ſin minus, cum ad pinguiorem fortunam venerint, & quia nulli, aut perrari chriſtiani reperiuntur, qui apertè vſuras exerceant, & ratione mutui repetant pecunias, vel quid pecunia æſtimabile, caueāt diligenter Sacerdotes alijs manus impoſituri, ne fallantur à nonnullis, qui contractus vſurarios diuerſimodè palliant modo ſub prætextu emptionis cum pacto de retrouendendo, cum tamen nulla ſit intentio emendi, neque iuſtum interueniat precium quandoque, quia pretij ſolutio differtur, res carius venduntur, quàm valeant, aliquando ratione anticipatæ ſolutionis viliori emuntur precio. Sæpius fingunt contractus ſocietatis, cum tamen quidam iniuſtè velint capitale ſecurum. Reperiuntur etiam alij, qui ſub prætextu, quod pecuniæ ſint dotales, aliquid vltra ſortem exigant, cum tamen hoc non liceat, niſi propter ſuſtentanda onera matrimonij, quando (exempli cauſa) pater non valet in præſenti dotem ſoluere. His & alijs huiuſcemodi artibus & impoſturis pleriq; vſuras extorquentes,

ſemet-

ſemetipſos decipiunt, & excuſationes quærunt in peccatis.

Statutum pro ægrotis, & medicis. Cap. XXXVI.

VT autem facilius ægroti ad pœnitentiæ, & aliorum ſacramentorum ſuſceptionem induci poſſint, conſtitutioni Innocentij Tertij in Concilio generali editæ inhærentes mandamus omnibus Medicis, vt cumprimum ad infirmos in lecto iacentes vocati acceſſerint, ipſos in primis moneant, & hortentur, vt idoneo confeſſori peccata ſua confiteantur, alioquin proteſtentur, ſe vltra tertiam diem ad illos non eſſe redituros, quòd omnino poſtea ab eis ſeruari volumus, niſi nobis ex aliqua legitima cauſa aliud viſum fuerit, quòd ſi ſecus fecerint, ipſo facto excommunicationis ſententiam incurrant. Meminerint etiam Medici, & omnes coniuncti, domeſtici, & familiares ægrotantis, ſe a nobis monitos & rogatos eſſe, vt ſtatim Parochum de huiuſmodi ægritudine certiorem faciant, vt etiam ipſe officio ſuo ſatisfacere poſſit. Conſtitutionem autem prædictam Innocentij tertij hic apponi curauimus, vt facilius omnibus innoteſcat.

Additio. Reducitur ad terminos Bullæ Pij V. & moneantur Medici de periurio.

Decretum Innocentij III. Cap. XXXVII.

Ex. de pœn. & remiſſ.

CVm infirmitas corporalis nonnumquam ex peccato proueniat dicente Domino languido, quem ſanauerat. Vade, & amplius noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat, præſenti decreto ſtatuimus, & diſtrictè præcipimus Medicis corporum, vt cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipſos ante omnia moneant, & inducant, vt Medicos aduocent animarum, vt poſtquam fuerit infirmo de ſpirituali ſalute prouiſum, ad corporalis medicinæ remedium ſalubrius procedant, cum cauſa ceſſante, ceſſet effectus. Hoc quidem inter alia, huic cauſam dedit edicto, quòd quidam in ægritudinis lecto iacentes, cum eis a Medicis ſuadetur, vt de animarum ſalute diſponant, in deſperationis articulum incidunt, vnde facilius mortis periculum incurrunt. Si quis autem Medicorum huius noſtræ Conſtitutionis, poſtquam per Prælatos locorum fuerit publicata, tranſgreſſor extiterit, tandiu ab eccleſiæ ingreſſu arceatur, donec pro tranſgreſſione huiuſmodi ſatisfecerit competenter. Cæterum cum anima ſit multò precioſior corpore, ſub interminatione Anathematis prohibemus, ne quis Medicorum pro corporali ſalute aliquid ægroto ſuadeat, qđ in periculum animæ conuertatur.

Neceſ-

Neceſſariam eſſe Diuini verbi prædicationem. Cap. XXXVIII.

NIhil tam vtile ſemper iudicatum fuit ad conſeruandam veram religionem in chriſtiano populo,& deprauatos mores reformandum,quàm frequens, & feruens Diuini verbi prædicatio. Viuus eſt enim ſermo Dei,& efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, medularum quoque,& compagum; & diſcretor in anima ſuſcipientis cogitationum,& intentionum cordis ait Paulus Apoſtolus. Mandamus igitur omnibus parochis nobis ſubditis,vt frequentiſſimè diuinam legem & alia ſaluti neceſſaria populis ſuis annuncient, & maximè in diebus feſtis,& ſolẽnibus. In quo ſtudebunt in primis, vt formam à patribus in Concilio Tridentino præſcriptã obſeruent, & à cæteris, quos in parochijs ſuis prædicare contigerit,obſeruari curent. Nos enim in viſitationibus in parochos officio ſuo in præmiſſis deficientes grauiter animaduertemus. Ad hebr.

Decretum de modo predicandi Verbi Diuini. Cap. XXXIX.

PRædicationis munus, quod Epiſcoporum præcipuum eſt, cupiens Sancta Synodus,quò frequentius poſſit ad fideliũ ſalutem exerceri, Canones alias ſuper hoc editos ſub fęlicis recordationis Paulo Tertio aptius præſentium temporum vſui accommodando, mandat, vt in eccleſia ſua ipſi per ſe, aut ſi legitimè Seſſ. 24. c. 4.

impediti fuerint, per eos, quos ad prædicationis munus aſſument in alijs eccleſijs per Parochos, ſiue ijs impeditis per alios ab Epiſcopo impenſis eorum, qui id præſtare vel tenentur vel ſolent, deputandos in Ciuitate, aut in quacunque parte diœceſis cenſebunt expedire, ſaltem omnibus Dominicis, & ſolennibus diebus feſtis, tempore autem ieiuniorum Quadrageſimæ & Aduentus Domini quotidie, vel ſaltem tribus in hebdomada diebus, ſi ita oportere duxerint, ſacras ſcripturas, diuinamque legem annuncient, & aliàs quotieſcunque id opportune fieri poſſe iudicauerint, moneatque Epiſcopus populum diligenter, teneri vnumquemque parochiæ ſuæ intereſſe, vbi commode id fieri poteſt ad audiendum verbum Dei. Nullus autem ſæcularis, ſiue Regularis, etiam in eccleſijs ſuorum ordinum, contradicente Epiſcopo, prædicare præſumat. Iidem etiam ſaltem Dominicis, & alijs feſtiuis diebus pueros in ſingulis Parochijs fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes diligenter ab ijs, ad quos ſpectabit, doceri curabunt, & ſi opus ſit, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas compellent, non obſtantibus priuilegijs, & conſuetudinibus. In reliquis ea, quæ de prædicationis munere ſub eodem Paulo III. decreta fuerunt, ſuum robur obtineant.

In Oratorijs non celebrandum tempore parochialis Miſſa, ſeu prædicationis. Cap. XXXX.

IN Eccleſijs verò, oratorijs, ſeu capellis ſodalitatum ſcholarum, ſeu confraternitatum, aut alijs cuiuſcunque

cunque generis etiam viſitatis, & approbatis, Miſſa, aut diuinum officium non celebretur, niſi ſummo mane diebus Dominicis, vel alijs feſtis. Nunquam verò illa hora, qua Miſſa in parochiali Eccleſia celebratur, aut Diuinum Verbum prædicatur. Nullo etiam alio officij genere vti poſſint, quàm officio Beatæ, & glorioſæ Virginis, aut Pſalmis, & hymnis à Sancta Romana Eccleſia receptis, & approbatis. Facientes contra prędicta grauiter puniemus pro inobedientiæ qualitate.

ADDITIO AD CAP. XXXX.

¶ Conſtitutionem hanc volumus ad vnguem in quibuſcūq; Oratorijs ſeruari debere, eã tamen ſic declaramus, quod Miſſa diebus feſtis in Oratorijs celebretur, aut in aurora, aut poſt Parochialem ſub pœna interdicti Oratorij ipſo facto incurrenda. Miſſa autem Parochialis mandamus, quod celebretur diebus feſtis hora tertia ad plus, poſt ortum ſolis, nec ad petitionem, & inſtantiam cuiuſuis perſonæ differatur. Die verò Sancti Titularis Oratorij permittimus, quod qualibet hora celebretur.



CONSTITVTIONVM In Synodo Papienſi

Sub Illuſtriß. & Reuerendiß. Cardinali D. Hippolyto Rubeo Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia tūc Epiſcopo Papienſi, & Comite editarum, & publicatarum.

Cum additionibus, & nouis Conſtitutionibus factis in Synodo Diœceſana anno currenti 1612. celebrata per Illuſtriſs. & Reuerendiſs.

D. D. IOANNEM BAPTISTAM BILIVM Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſc. Papienſ. &c.

PARS QVARTA.

Nulli Sacerdoti licere curam ſuſcipere alicuius oppidi abſq; ſcientia, & permiſſione Epiſcopi ſeu eius Vicarij, & quomodo conducendi mercenarij Sacerdotes à villis. Cap. I.

PLERISQVE in locis Diœceſis noſtræ, & maximè campaneæ nulli ſunt certi redditus conſtituti eccleſiarum prælertim Parochialium miniſtris, ſed Sacerdotes mercenarij conducuntur ab incolis plerumque exteri & minus

nus idonei, qui illis eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrēt, poſtmodum verò hi agricolæ mercedem promiſſam,& victum neceſſarium miniſtris altaris varijs artibus illudunt, & ipſi Sacerdotes, poſt operam ſuam præſtitam ingratis agricolis, & ſecularibus oppidò infeſtis clericali ordini, coguntur indebitè litigare cum vniuerſitatibus,ac impenſas ſuperuacaneas facere. Nos igitur volentes huiuſmodi abuſibus ſalubriter prouidere,ſtatuimus, quòd in poſterum nullus ſacerdos mercenarius audeat curæ animarum onus in Diœceſi Papienſi ſuſcipere, niſi prius examini noſtro ſe ſubiecerit, licentiamque ſcripto à nobis,vel Vicario noſtro obtinuerit. Vlterius etiam ſancimus, vt de cætero non conducantur abſque noſtra licentia huiuſmodi mercenarij,neq; contractus conductionis celebrentur in villis, ſed ad officium noſtrum coram Vicario noſtro,& duo homines facultatibus idonei ex loco, in quo huiuſmodi ſacerdote fuerit opus, in vrbem conueniant, cum legitimo mandato totius illius loci, ſeu villæ, qui etiam ſe obligent principaliter,& inſolidum, & hi teneantur conuentum ſtipendium ſtatutis temporibus ſacerdoti dare, conuentiones ſecus factæ cum huius generis ſacerdotibus ſint nullæ, & vlterius tam conducentes, quam mercenarij arbitrio noſtro grauiter punientur.

De Hoſpitalitate in locis pijs ſeruanda. Cap. 11.

PLura ſunt hoſpitalia, & loca pia in Ciuitate & Diœceſi Papienſi ad infirmorum peregrinorum, pau-

perumve

perumve vſum inſtituta, quorum tamen fructus, redditus & prouentus pluribus in locis ad alios vſus & munera conuertuntur, quod vt in futurum non eueniat, inhærentes ſacri Concilij Tridentini decretis, Mandamus omnibus & ſingulis huiuſmodi hoſpitalia, & pia loca in titulum, commendam, vel adminiſtrationem quomodocunq; obtinentibus, vt hoſpitalitatem, cæteraq; onera, & officia pia impoſita, exercere, & obire debeant, diligenterque curare vt ædificia, & domus iuxta neceſſitatem inſtaurentur, & ſarciantur, bona conſeruentur, vſurpata, & deperdita recuperentur, ac loca, vbi hoſpitalitas ſeruari ſolet, ita aptentur, cæteraque ad id neceſſaria parentur, vt commode pauperes, & infirmi hoſpitari poſſint. Caueant tamen, vt mares à fœminis omnino ſeparatim ibi hoſpitentur, niſi certiſſimum erit, aliquos eſſe coniuges, paſſimq; omnes non admittantur, ſed veri pauperes, & verè ægroti tantum, circulatores verò, & huiuſmodi peſſimum hominum genus (qui cum aliunde victum ſibi quærere poſſint, in mendicitate tamen & ocio viuere malunt) repellantur. Si quis in aliquo præmiſſorum defecerit iuſtas arbitrio noſtro, etiam vſque ad priuationem adminiſtrationis pœnas dabit.

ADDITIO AD CAP. II.

¶ *Decet Hoſpitalium miniſtros Chriſtiana charitate, ſinceraq; fide proprium exercere officium, qui enim hoſpitalitatem amant Chriſtum in hoſpitibus recipiunt. Vt igitur hoſpitalium curæ, & adminiſtrationi quomagis fieri poſſit conſulatur, fraudibuſq; occurratur in poſterum decernimus. Primo neminem in hoſpitalium adminiſtratorem, Sindicum, aut nego-*

tiorum

tiorum geſtorem deputari poſſe, nec debere, qui in aliquo ſit hoſpitalis debitor, aut litem cum eo habeat. Secundo adminiſtratio em in principio officij iuxta formam traditam in c. 3. & 11. huius quartæ partis inuentarium facere, archiuium fieri facere teneri, cuius inuentarij altera copia in Archiuio in fine officij Ordinario conſignanda ſeruetur, altera Ordinario in principio officij exhibeatur. Tertio Oratoria iuxta decretum Viſitatoris Apoſtolici, & ſecundum præſentes Conſtitutiones ornata teneri debeat. Quarto, omnes in ædibus hoſpitalium degentes, vt ſæpiſſimè ſua confiteantur peccata, & quolibet die feſto ſolemni ſaltem Sanctiſſimam ſuſcipiant Eucharistiam, hortari debere.

Inuentarium de omnibus bonis Eccleſiaſticis eſſe conficiendum. Cap. III.

NE bona eccleſiarum alendis altaris miniſtris relicta, ſeu deputata ab vllis occupentur, vel vllo modo depereant, mandamus omnibus, & ſingulis, vt cum beneficium aliquod eccleſiaſticum, quodcumque id ſit, & quocumquè nomine nuncupetur, hoſpitale, vel quemcunque pium locum in titulum, commendam, vel adminiſtrationem obtinuerint, debeant infra tres menſes à die adeptæ pacificæ poſſeſſionis inuentarium feciſſe omnium, & ſingulorum bonorum tam mobilium, quàm immobilium, cum ſuis ſituationibus, cohærentijs, qualitatibus, & nominibus agrorum, & perticarum quantitate, & etiam fictorum perpetuorum, ſeu liuellorum, cenſuum, & aliorum quorumcunque iurium ad ſuas eccleſias quomodocunquè ſpectantium, & de his omnibus inſtrumen-

tum

tum publicum confici iuraſſe per aliquem publicum notarium coram idoneis teſtibus, illiusq; copiam autenticam ad officium noſtrum in Archiuio curiæ noſtræ perpetuò aſſeruandam deferre, & alteram nihilominus ſimilem copiam apud eccleſias ſuas retineant, quæ ad ſucceſſores in beneficio tranſeat, & perpetuò in ipſis ecclesijs ſeruetur, huiuſmodique inuentarijs fides habeatur, ac ab omnibus ſucceſſoribus renouetur, ne vllo pacto temporum viciſſitudinibus, vel cohærentiarum, & locorum commutationibus ignorari poſſit, quæ ſint bona eccleſiaſtica. Qui verò nunc obtinent beneficium, hoſpitale, vel alium pium locum teneantur intra ſex menſes ſimile inuentarium feciſſe, & vt ſupra copiam conſignaſſe, & retinuiſſe, quicunque in vllo præmiſſorum defecerit in ſcuta decem mulctatus cenſeatur poſt trium menſium lapſum, & grauius etiam arbitrio noſtro puniatur, cui pœnæ etiam ſubiaceat, qui fraudulenter aliquid omiſerit in dictis inuentarijs, & inſuper priuetur fructibus prouenientibus ex proprietatibus, vel iuribus illis, quæ ſubticuerit.

ADDITIO AD CAP. III.

¶ Ne in Eccleſiarum maximum detrimentum earum bona, quemadmodum vſu eueniſſe compertum eſt, deperdi in poſterum & ab alijs occupari contingat, volumus, & iubemus. Primo præſentis Conſtitutionis decretum omninò, & magna ſolertia, & diligentia ſeruari. Secundo in omnibus collegiatis Eccleſijs archiuia, vbi non ſunt, ſtatim fieri debere, in quibus omnia deſcribantur beneficia, & copia omnium ipſorum iurium authentica reponatur, quæ exinde duabus clauibus claudantur, quarum

rum vna penes caput ipſius eccleſiæ; altera verò penes vnum ex beneficiatis ipſius ſeruetur. Tertio idem ſeruetur in eccleſijs non collegiatis, vbi tamen copia adſit beneficiatorum. Quarto in eccleſijs non collegiatis, & vbi non adſit beneficiatorum copia, idem etiam vt ſupra ſeruetur, ſed vna tantum ſufficiat clauis penes caput ipſius eccleſiæ retinenda. Quinto omnes iuxta formam in præſenti Conſtitutione traditam copiam iurium ſubſcriptam à beneficiatis tum ipſorum iuramento ad Cancellariam Epiſcopalem deferre teneantur.

De rebus eccleſijs non alienandis.
Cap. IIII.

VT etiam tollantur, & euitentur læſiones, & damna, quæ in dies eccleſijs inferuntur, ſancimus, nulli licere rem eccleſiæ immobilem ad longum tempus locare, vel alio quocunque modo alienare, qui ſecus fecerint Apoſtolicarum Conſtitutionum pœnas incurrant, ſintque præterea huiuſmodi alienationes ipſo iure nullæ. Statuimus etiam pro earundem rerum, & bonorum eccleſiaſticorum conſeruatione, vt quicunque Beneficia eccleſiaſtica, hoſpitalia, & alia pia loca, in titulum commendam, adminiſtrationem, vel aliàs quomodocunque obtinuerint, quorum bona immobilia in totum, vel in partem in emphiteuſim perpetuam, vel feudum rite, & recte reperiantur conceſſa, requirere, & omnibus promptioribus iuris remedijs cogere debeant inueſtitos, ſeu bona ipſa ita alienata tenentes, ſeu poſſidentes ad ſuſcipiendum per inſtrumentum publicum infra annum proxime futurum,

& deinceps in perpetuum ſingulo decennio renouatiuam inueſtituram, in qua deſcribantur omnia, & ſingula corpora bonorum cum ſuis nominibus, ſituationibus, confinibus, & alijs demonſtrationibus, expreſſa etiam vera perticarum quantitate. Prædicti verò inueſtiti huiuſmodi renouatiuam inueſtituram ſuſcipere dictis temporibus requiſiti teneantur, aliàs bona omnia caduca cenſeantur effecta, & ad eccleſiam ſeu pium locum reuerſa, ita tamen; vt rurſus ſine debitis ſolemnitatibus à iure præſcriptis alienari nõ poſſint. In locationibus quoque omnibus, quas in futurum de bonis eccleſiaſticis immobilibus fieri contigerit, exprimantur omnino ſigillatim, & nominatiue bonorum corpora cum præmiſſis qualitatibus, & circumſtantijs, aliàs irritæ ſint, & nullius valoris, prout etiam inualidæ erunt locationes factæ contra diſpoſitionem infraſcripti decreti in ſacra Tridentina Synodo editi. Si verò clerici, & alij beneficia, vel pia loca obtinentes, tam in requirendo, & cogendo, quam in omittendo defecerint, & negligentes fuerint, fructibus, ſeu fictis huiuſcemodi bonorum priuabuntur, ac etiam beneficijs ipſis, & adminiſtrationibus iuxta perſonæ, & delicti qualitatem arbitrio noſtro. Prohibemus etiam omnibus clericis, ne audeant bona eccleſiarum mobilia, calices, paramenta, & huiuſmodi vendere, vel pignorare ſub pęna ſcutorum quinque, & alia nobis arbitraria.

Cap. V.

Seſſ. 25. cap. 11. MAgnam eccleſijs perniciem afferre ſolet, cum earum bona repræſentata pecunia in ſucceſſo-

rum

rum præiudicium alijs locantur. Omnes igitur hæ locationes, ſi anticipatis ſolutionibus fient, nullatenus in præiudicium ſucceſſorum validæ intelligantur, quocumque indulto, aut priuilegio non obſtante, nec huiuſmodi locationes in Romana curia, vel extra eam confirmentur. Non liceat etiam iuriſdictiones eccleſiaſticas, ſeu facultates nominandi, aut deputandi Vicarios in ſpiritualibus locare, nec conductoribus per ſe, aut alios ea exercere, aliterque conceſſiones, etiam à Sede Apoſtolica factæ, ſubreptitiæ cenſeantur. Locationes vero rerum Eccleſiaſticarum etiam auctoritate Apoſtolica confirmatas, ſancta Synodus irritas decernit, quas à triginta annis citra, ad longum tempus, ſeu, vt in nonnullis partibus, ad viginti nouem, ſeu bis viginti nouem annos, vocant factas, Synodus prouincialis, vel deputandi ab ea, in damnum Eccleſiæ, & contra canonicas ſanctiones cōtractas fuiſſe iudicabunt.

Contra vſurpantes, vel detinentes bona, ſcripturas, vel iura eccleſiaſtica. Cap. VI.

VOlentes etiam eccleſiarum indemnitati conſulere, & animarum periculis obuiare declaramus hac Conſtitutione, omnes tam eccleſiaſticos, quam laicos cuiuſcumque ſint conditionis, qui ſcienter vſurpant, rapiunt, inuadunt, vel detinent bona, iura, vel ſcripturas eccleſiarum, hoſpitalium, monaſterio-

rum, vel aliorum piorum locorum, vel in futurum auſi fuerint, quid tale attentare, ſacrilegos eſſe, & anathemati ſubiacere, ac alias pœnas à ſacro Concilio impoſitas incurrere, niſi intra menſem poſt præſentem publicationem integrè reſtituerint, bona, iura, ſcripturas, & alias res eccleſiaſticas, quæ, ſiue quas occupát, & indebite detinent. Quibus pœnis ſubiacere ſe pariter ſciant clerici huiuſmodi fraudibus, & vſurpationibus quomodocunq; conſentientes, vt ex ipſius Concilij decreto apparet, quod hic apponi curauimus, vt ſæpe à parochis populo inculcetur.

De decimis. Cap. VII.

QVamuis Dei præcepto omnes mortales ad decimarum præſtationem teneri videantur, tamen, quia multis in locis, vel nunquam introductum eſt, vt decimæ eccleſijs ſoluerentur, vel aliàs iuſte deſitum eſt ab earum præſtatione, cupimus hac in parte nihil temere innouari nempe, vt vbi non eſt conſuetudo legitime præſcripta decimas ſoluendi non exigantur, neque ſoluantur, vbi verò conſueuerunt decimæ a populo præſtari eccleſijs quibuſcunque, ſiue perſonis eccleſiaſticis, volumus omnino, & præcipimus hanc cõſuetudinem inuiolabiliter obſeruari, rebelleſq; cogemus omnibus iuris remedijs ſub pęna, de qua in infraſcripto Concilij decreto, ad eas præſtandas, quos etiam declaramus à nemine poſſe abſolui, niſi ipſas decimas cum effectu perſoluerint. Si quibus verò in locis à modico tempore citra homines deſiere à decimarum

præſta-

præſtatione, quas antea ſolitum erat præſtari, videndum omnino cenſemus, num expediat iterum cogi homines ad ipſas decimas præſtandum, mandamus proinde omnibus parochis, vt nos admoneant, ſi ſuis in parochijs alias vigebat mos ipſas decimas ſoluendi, & à quanto tempore citra, & quare ceſſatum fuerit ab earum præſtatione. Videbuntq; parochi, ne ſua incuria, vel ſocordia ſublatus fuerit is mos, vel tollatur, vbi etiam num viget, ne ipſi pœnas dent malę curatæ rei eccleſiaſticæ. Qua etiam de re extat tale Concilij Tridentini decretum.

Cap. VIII.

NON ſunt ferendi, qui varijs artibus decimas, ecclesijs obuenientes, ſubtrahere moliũtur, aut qui ab alijs ſoluendas temere occupant; & in rem ſuam vertũt, cum decimarum ſolutio debita ſit Deo, & qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas inuadant. Præcipit igitur ſancta Synodus omnibus cuiuſcumque gradus, & conditionis ſint, ad quos decimarum ſolutio ſpectat, vt eas, ad quas de iure tenentur, in poſterum Cathedrali, aut quibuſcunq; alijs eccleſijs, vel perſonis, quibus legitime debentur, integrè perſoluant. Qui verò eas aut ſubtrahunt, aut impediunt excommunicentur, nec ab hoc crimine, niſi plena reſtitutione ſecuta, abſoluantur. Hortatur dehinc omnes, & ſingulos, pro Chriſtiana charitate, debitoq; erga Paſtores ſuos munere, vt de bonis ſibi à Deo collatis, Epiſcopis, & parochis, Seſſ. 25. cap. 12.

qui

qui tenuioribus præſunt eccleſijs, large ſubuenire ad Dei laudem, atque paſtorum ſuorum, qui pro eis inuigilant, dignitatem tuendam, non grauentur.

Decretum contra vſurpatores rerum eccleſiaſticarum. Cap. IX.

Seſſ. 22. cap. 11. SI quem clericorum, aut laicorum, quacumque is dignitate, etiam Imperiali, aut Regali præfulgeat, in tantum malorum omnium radix cupiditas occupauerit, vt alicuius eccleſiæ, ſeu cuiuſuis ſæcularis, vel regularis beneficij, Montium pietatis, aliorumque piorum locorum iuriſdictiones, bona, cenſus, ac iura, etiam feudalia, & emphyteotica, fructus, emolumenta, ſeu quaſcumque obuentiones, quæ in miniſtrorum, & pauperum neceſſitates conuerti debent, per ſe, vel per alios vi, vel timore incuſſo, ſeu etiam per ſuppoſitas perſonas clericorum, aut laicorum, ſeu quacumq; arte, aut quocumq; quæſito colore in proprios vſus conuertere, illosq; vſurpare præſumpſerit, ſeu impedire, ne ab ijs, ad quos iure pertinent, percipiantur, is anathemati tamdiu ſubiaceat, quamdiu iuriſdictiones, bona, res, iura, fructus, & redditus, quos occupauerit, vel qui ad eum quomodocumque, etiam ex donatione ſuppoſitæ perſonæ, peruenerint, eccleſiæ, eiusq; adminiſtratori, ſiue beneficiato integre reſtituerit, ac deinde à Romano Pontifice abſolutionem obtinuerit. Quòd ſi eiuſdem eccleſiæ patronus fuerit, etiam iure patronatus vltra prædictas pœnas eo ipſo priuatus exiſtat. Clericus verò, qui nefan-

dæ fraudis, & vſurpationis huiuſmodi fabricator, ſeu conſentiens fuerit, eiſdem pœnis ſubiaceat, nec non quibuſcunq; beneficijs priuatus ſit, & ad quæcumq; alia beneficia inhabilis efficiatur, & à ſuorum ordinũ executione, etiam poſt integram ſatisfactionem, & abſolutionem, ſui Ordinarij arbitrio ſuſpendatur.

De legatis ad pias cauſas, à notarijs manifeſtandis. Cap. X.

VT etiam defunctorum voluntates vltimæ executioni debitæ demandentur, & ne ignorantia aliqua retardetur executio dictarum vltimarum voluntatum maxime in legatis ad pias cauſas, mandamus ſub excommunicationis ſententia omnibus tabellionibus ſeu notarijs noſtræ vrbis, & diœceſis, vt intra tres menſes poſt harum Conſtitutionum editionem debeant nobis denuntiaſſe, & notitiam dediſſe in ſcriptis omnium & ſingulorum legatorum ad pias cauſas, & rerum, quæ pro male acquiſitis, aut furto ſubtractis, legatæ fuerunt, de quibus ipſi fuerint rogati, vel alij, quorum protocolla ipſis ſunt commiſſa, & poſt hac ſub eadem excommunicationis pœna dent nobis ſimilem denuntiationem, & notitiam in ſcriptis omnium legatorum ad pias cauſas, & aliorum vſum, de quibus contigerit eos rogari intra menſem à die obitus teſtatoris, vt nos, qui ſumus iure communi ordinarij executores vltimarum voluntatum, poſt annum poſſimus officio noſtro ſatisfacere, & heredes peccatis eximere, ac piorum locorum indigentijs ſubueni-

uenire, & defunctorum animas ſuffragijs debitis defraudari non permittamus cogendo via iuris ipſos heredes ad legatorum ſolutionem.

Quòd omnes adminiſtratores rerum eccleſiaſticarum rationem reddere teneantur adminiſtrationis. Cap. XI.

VBicunque fuerint in noſtra Ciuitate, vel diœceſi, Societates, Scholæ, Conſortia, ſeu Confraternitates ſub quouis titulo, & ibi ſint aliqui redditus certi annui, vel etiam incerti ex oblationibus quotidianis, & eleemoſynis, deputentur omni anno duo ex ipſis fratribus, qui librum diligenter conficiant omnium redituum dictæ Societatis, & in eo deſcribantur tam accepta, quam expenſa, & teneantur quotannis nobis, ſeu Vicario noſtro, vel alijs à nobis deputandis rationem reddere adminiſtrationis ſuæ. Si quis verò locus, ſiue oratorium, ſiue capella fuerit, cui à Chriſtifidelibus ſoleant offerri pecuniæ in aliqua copia, vel aliæ res pro fabrica, ſeu pro officijs, & miſſis illic celebrandis, ibi ponatur capſa, quæ teneatur ſub diligenti cuſtodia cum tribus clauibus clauſa, quarum vna ſit penes Presbyterum Rectorem illius Eccleſiæ, in cuius iuriſdictione ſitum erit Oratorium, vel Capella, aliæ verò duæ claues à duobus hominibus probis, grauibus, & facultatibus idoneis, & ad nutũ amouibilibus, & omnes eleemoſynæ teneantur ſub cuſtodia harum clauium, neq; vni horum liceat ipſam arcam aperire,

aperire, vel eleemoſynas extrahere, vel expendere, inſcijs, vel inuitis alijs ſocijs, & hi nihilominus teneantur rationem reddere ſingulis annis ſemel, aut ſæpius adminiſtrationis ſuæ nobis, ſeu Vicario noſtro, vel alijs à nobis deputandis, vt res Chriſto oblatæ fideliſſimè cuſtodiantur, & in vſus pios expendantur, quam fieri poterit proximè ad offerentium voluntatem. Adminiſtratores quoq; ſeu commendatarij quorumcũq; hoſpitalium, & aliorum piorum locorum, quocunq; nomine nuncupentur, teneantur intra tres menſes à die publicationis harum Conſtitutionum ad conſimilem rationem reddendam ab eo tempore, quo cœpere hoſpitalia, ſeu loca pia adminiſtrare, & hoc ſemel facto, teneantur nihilo ſecius ſingulis annis idem facere ſub pœna ſcutorum vigintiquinq; & priuationis dictę adminiſtrationis.

ADDITIO AD CAP. XI.

¶ *Quia fruſtra facta fuiſſet præſens Conſtitutio, ſi qui, illa minimè ſeruata, liberationes ſurriperent, illis exinde gaudere poſſent; idcirco huic Conſtitutioni inherentes, declaramus tales liberationes præſentis Conſtitutionis forma non ſeruata, & abſque Ordinarij interuentu, aut ab eo deputando miniſtro, factam irritam, & inanem, minimeque miniſtris ſuffragari poſſe.*

De parochijs annexis regularibus. Cap. XII.

QVicunque regulares habent ſuis monaſterijs annexas, vnitas, ſiue ſubditas eccleſias curam ani-

marum gerentes, ſiue virorum ſint hæc monaſteria, ſiue mulierum teneantur habere capellanos, ſeu Vicarios Idoneos, etiam perpetuos, qui populis ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrent, & à nobis approbentur. Quòd ſi qui abſque noſtra authoritate ſe talibus officijs ingeſſerunt, intra menſem hi ſe nobis præſentare teneantur, vt à nobis approbationem, ſeu inſtitutionem recipiant, aut ab eccleſijs ipſis diſcedant, vt in hoc etiam ſeruentur decreta Concilij, quæ talia ſunt.

Cap. XIII.

Seſ.7.c.7 BEneficia eccleſiaſtica curata, quæ Cathedralibus, Collegiatis, ſeu alijs eccleſijs, vel monaſterijs, beneficijs, ſeu collegijs, aut pijs locis quibuſcumque perpetuò vnita, & annexa reperiuntur, ab Ordinarijs locorum annis ſingulis viſitentur, qui ſolicitè prouidere procurent, vt per idoneos Vicarios, etiam perpetuos, niſi ipſis Ordinarijs pro bono eccleſiarum regimine aliter expedire videbitur, ab eis cum tertiæ partis fructuum, aut maiori, vel minori, arbitrio ipſorum Ordinariorum, portione etiam ſuper certa re aſſignanda, ibidem deputandos, animarum cura laudabiliter exerceatur. Appellationibus, priuilegijs, exemptionibus, etiam cum Iudicum deputatione, & illorum inhibitionibus quibuſcumque in præmiſſis minime ſuffragantibus.

Cap. XIIII.

Seſ.25. cap.11. IN monaſterijs, ſeu domibus virorum, ſeu mulierum, quibus imminet animarum cura perſonarũ ſæcula-

ſecularium præter eas, quæ ſunt de illorum monaſteriorum, ſeu locorum familia perſonæ, tam Regulares, quàm ſæculares, huiuſmodi curam exercentes, ſubſint immediatè in ijs, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cuius diœceſi ſunt ſita. Nec ibi aliqui, etiam ad nutum amouibiles, deputentur, niſi de eiuſdem conſenſu, ac præuio examine, per eum, aut eius Vicarium faciendo, excepto monaſterio Cluniacenſium cum ſuis limitibus, & exceptis etiam ijs monaſterijs, ſeu locis, in quibus Abbates, Generales, aut Capita ordinum ſedem ordinariam principalem habent, atque alijs monaſterijs, ſeu domibus, in quibus Abbates, aut alij Regularium Superiores iurisdictionem Epiſcopalem, & temporalem in Parochos, & parochianos exercent: ſaluo tamen eorum Epiſcoporum iure, qui maiorem in prædicta loca, vel perſonas iurisdictionem exercent.

De quæſtoribus. Cap. XV.

QVia ſacra Tridentina Synodus quæſtorum abuſus, & nomen omnino tollendum eſſe cenſuit, Seſ. 21. cap. 9. hoc ſacrum decretum exequi intendentes. Mandamus omnibus eccleſiarum, & maximè parochialium, vel curatarum adminiſtratoribus, ne aliquem ex quæſtoribus huiuſmodi reprobatis ad petendas, vel colligendas eleemoſynas in fauorem cuiuſcumq; pij loci, vel indulgentias, aut aliàs ſpirituales gratias publican-

das admittant, imo omni conatu illis obſtent, parochianosq; ſuos moneant, ne hiſce quæſtuarijs eleemoſynas largiantur, niſi prius licentiam in ſcriptis à nobis, vel Vicario noſtro obtentam viderint, & ſubſcriptionem, ac ſigillum recognouerint, nos enim formam à ſacra Synodo traditam omnino ſeruari curabimus, contrafacientes verò, tàm quæſtores, quàm clerici grauiter punientur.

ADDITIO AD CAP. XIII.

¶ Vt à Sacro Concilio Tridentino, præſentiq; Conſtitutione mandata cuſtodiantur, omninoq; adimpleantur, decernimus, alicui Societati, Confraternitati, minus Hoſpitali, & alicui aliæ perſonæ particulari cuiuſuis generis elemoſynam per loca noſtræ Diocęſis quærere non licere abſq; noſtra, aut Vicarij noſtri generalis licentia in ſcriptis obtinenda, eccleſiarum adminiſtratoribus mandantes, vt diſpoſita in præſenti Conſtitutione contra iſtos his in caſibus etiam omnino ſeruent.

Vbi verò concedantur, non dentur licentiæ, niſi pro vna vice quolibet anno ad certum tempus limitatum. Et deferãt prius licentiam ad Parochum, antequam elcemoſynam quærant.

Beneficiati titulos oſtendant. Cap. XVI.

AEquum eſt, & iuri conſonum, vt nos ſciamus, an beneficia eccleſiaſtica iuſtis, & legitimis titulis obtineantur, vel an aliqui intruſi reperiantur, verũ cum hoc in actu viſitationis, minus commodè fieri poſſit. Ideo mandamus omnibus, & ſingulis beneficia

eccle-

eccleſiaſtica, vel hoſpitalia in titulum, vel commendam, aut adminiſtrationem obtinentibus, vt ſingulorum ſuorum beneficiorum, & hoſpitalium titulos; commendas, vel adminiſtrationes oſtendant, & exhibeant, infra duos menſes proximè futuros, ſub pœna priuationis huiuſmodi ſuorum beneficiorum, & hoſpitalium, niſi antea id fecerint. Qui verò in futurũ obtinebunt, infra menſem à die adeptæ poſſeſſionis ſub eadem pœna idem facere teneantur.

ADDITIO AD CAP. XVI.

¶ *Quoniam mercenarij ſine noſtra approbatione, & licentia ad curam accedere non poſſunt, icircò vt & ipſi ſuas litteras patentes exhibere teneantur iuxta præſcriptum præſentis Conſtitutionis modum, declaramus.*

De diſpenſationibus oſtendendis. *Cap. XVII.*

QVIA nonnulli reperiuntur clerici, qui plura beneficia incompatibilia abſque legitimis diſpenſationibus obtinere non erubeſcunt, alioſue defectus patiuntur, qui diſpenſationem requirant, ex Sacri Concilij Tridentini decreto, volumus, & Seſſ. 7. c. 10. mandamus omnibus, qui diſpenſationes quacunque ex cauſa habent, vel habere debent, vel in futurum habebunt, illas nobis, vel Vicario noſtro exhibere, & præſentare, illarumque copiam cum auctentico collatam dimittere infra duos menſes

proximè

proximè futuros, aliàs de huiuſmodi beneficijs, tanquam minus legitimè obtentis, alijs, prout iuris fuerit prouidebitur.

Uniones à certo tempore citra facta producantur. Cap. XVIII.

Seſ. 6. c. 6 Seſſ 24. cap. 13. Seſſ. 25. cap. 9.

NON deſunt, qui beneficia minus legitimè vnita poſſideant, non ſine maxima cultus diuini diminutione, & animarum ſuarum diſcrimine. Quibus malis occurrere voluit ſacra Tridentina Synodus, cuius decretis, & nos inhærentes. Mandamus omnibus, & ſingulis beneficia eccleſiaſtica cuiuſcumque generis quomodocumque, & quacumque ex cauſa, à quadraginta annis citra vnita obtinentibus etiam ſi iuriſpatronatus beneficijs vnita, & annexa reperiantur, vt huiuſmodi vniones oſtendant, & illarum veram copiam nobis, vel Vicario noſtro exhibeant, & dimittant infra duos menſes proximè futuros, alioquin dicto termino lapſo, illas nullas eſſe declarabimus, & beneficia ſic vnita ſeparabuntur, & alijs dabuntur.

Contra impedientes officiales Epiſcopatus, vel verbis, aut factis iniuriantes. Cap. XIX.

ET quia aliquando nonnullos ità temerarios eſſe audiuimus, vt Vicarios, notarios, officiales, & nun-

nuntios curiæ noſtræ directè, & indirectè impedire non vereantur, verbis iniurioſis, minis, & factis illos afficiendo, cupientes huiuſmodi temerarios auſus reprimere, ſtatuimus, & ordinamus, vt nullus ſiue clericus, ſiue laicus audeat prædictos Vicarios, notarios, officiales, vel nuntios vllo modo impedire, nec impedientibus auxilium, opem, vel fauorem præſtare, quominus officium ſuum liberè, & expeditè exercere valeant ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda; ſi verò vniuerſitas, vel commune prædictorum aliquid commiſerit eccleſiaſtico ſupponimus interdicto, à quibus cenſuris nobis inconſultis, & ſine præambula plena ſatisfactione, nullum volumus abſolui poſſe; ſi quis verò quomodocumq; verba iniuſa in prædictos Vicarios protulerint, aut in eorum præſentia aliquid inſolenter dixerit, vel fecerit arbitrio noſtro pœnam ſubire teneatur.

De libertate eccleſiaſtica defendenda. Cap. XX.

VT etiam libertas eccleſiaſtica, vt decet, reſtituatur, & conſeruetur, ſtatuimus nullum clericum priuilegio clericali gaudentem coram iudice ſeculari, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter procedendum ſit, conueniri poſſe, niſi ex cauſa inuocationis brachij ſecularis, vbi de iure id præſtari debeat; ſi verò quempiam pro re eccleſiaſtica, vel quomodocunque ad eccleſiam ſpectante conueniri contingat, id coram Iudice eccleſiaſtico antiquæ conſuetudini innitentes omni-

omnino fieri decernimus, quod pariter in cauſis, ſeu delictis merè eccleſiaſticis ſeruandum erit, ſi ſecus factum fuerit, omnes proceſſus, & acta ipſo iure ſint nulli, & nulla; quinimo capientes clericos, ſeu verberantes, vel in eos ſententiam corporalem proferentes, punientes, aut carceribus mancipantes, aut aliàs quomodocumq; in eccleſiaſtica libertate perturbantes, ſubiaceant pœnis à ſacris Conſtitutionibus impoſitis, & nouiſſimè à ſacro Tridentino Concilio innouatis, vt ex infraſcripto decreto legitur.

Cap. XXI.

Seſſ.25. cap.20. CVpiens ſancta Synodus &c. hortatur ſeculares principes, vt non permittant officiales, aut inferiores Magiſtratus Eccleſiæ, & perſonarum Eccleſiaſticarum immunitatem, Dei ordinatione, & Canonicis ſanctionibus conſtitutam, aliquo cupiditatis ſtudio, ſeu inconſideratione aliqua violent; ſed vna cum ipſis principibus debitam ſacris Summorum Pontificum, & Conciliorum Conſtitutionibus obſeruantiam præſtent. Decernit itaque, & præcipit, ſacros Canones, & Concilia generalia omnia, nec non aliàs Apoſtolicas ſanctiones in fauorem Eccleſiaſticarum perſonarum, libertatis eccleſiaſticæ, & contra eius violatores editas, quæ omnia præſenti etiam decreto innouat, exactè ab omnibus obſeruari debere; propterea; admonet Imperat. Reges, Reſp. Principes, & omnes, & ſingulos, cuiuſcumq; ſtatus, & dignitatis extiterint, vt quo largius bonis temporalibus,

atque in alios poteſtate ſunt ornati, eo ſanctius, quæ eccleſiaſtici iuris ſunt, tanquam Dei præcipua, eiusq; patrocinio tecta, venerentur; nec ab vllis Baronibus, domicellis, rectoribus, alijsve dominis temporalibus, ſeu magiſtratibus, maximeq; miniſtris ipſorum Principum lædi patiantur ſed ſeuere in eos, qui illius libertatem, immunitatem, atque iurisdictionem impediunt, animaduertant &c.

De iure patronatus. Cap. XII.

QVoniam non deſunt, qui beneficiorum vacatione eueniente iuspatronatus, ſeu facultatem nominandi, eligendi, ſeu præſentandi, ſibi vſurpare non verentur, licet re vera huiuſmodi beneficia vacantia omnino ſint libera, iccircò præſenti Conſtitutione ſancimus, vt nullus de cæterò quomodocunque nominatus, ſeu electus, vel præſentatus confirmetur, aut inſtituatur, niſi prius de huiuſmodi iure patronatus nobis, vel Vicario noſtro plenè conſtiterit iuxta decretum ſacri Concilij Tridentini, quod omnino ſeruari curabimus. Fiant autem præſentationes de perſonis idoneis, & requiſitas qualitates habentibus, & à nobis vel Vicario noſtro examinandis, & approbandis, alioquin nulla admittatur inſtitutio, vel confirmatio, & ſi ſecus factum fuerit, irrita ſit, & nulla. Qui verò iuſpatronatus in quibuſcunque eccleſijs, vel beneficijs eccleſiaſticis à quadraginta annis citra, quacumque ex cauſa, & auctoritate acquiſiuerunt, huiuſmodi patronatus producere, & de illorum acquiſitione

fidem facere teneantur infra ſex menſes proximè futuros, vt quid terminandum ſit cognoſcere, & deliberare poſſimus; Hoc idem facere teneantur, qui in futurum huiuſmodi patronatus acquirent, alioquin dicto termino lapſo patronatus hoc modo acquiſiti reuocabuntur, & beneficia ad priſtinum ſtatum reducentur, iuxta eiuſdem Concilij Tridentini decretũ, cuius verba hic inſerere volumus, vt diligentiſſime eius diſpoſitio obſeruetur.

Cap. XXIII.

Seſſ. 7. cap. 13.

PRæſentati, ſeu electi, vel nominati quibuſuis eccleſiaſticis perſonis, etiam Sedis Apoſtolicæ Núcijs, ad quæuis eccleſiaſtica beneficia non inſtituantur, nec confirmentur, neq; admittantur, etiam prætextu cuiuſuis priuilegij, ſeu conſuetudinis, etiam ab immemorabili tempore præſcriptæ, niſi fuerint prius à locorum Ordinarijs examinati, & idonei reperti. Et nullus appellationis remedio ſe tueri poſſit, quo minus examen ſubire teneatur. Præſentatis tamen, electis, ſeu nominatis ab Vniuerſitatibus, ſeu Collegijs generalium Studiorum exceptis.

Cap. XXIIII.

Seſſ. 25. cap. 9.

SIcuti legitima patronatum iura tollere, piasq; fidelium voluntates in eorum inſtitutione violare æquum non eſt: ſic etiam vt hoc colore beneficia Eccleſiaſtica in ſeruitutem, quod a multis impudenter

fit,

ſit, redigantur, non eſt permittendum. Vt igitur debita in omnibus ratio obſeruetur, decernit ſancta Synodus, vt titulus iurispatronatus ſit ex fundatione, vel dotatione, qui ex authentico documento, & alijs iure requiſitis oſtendatur, ſiue etiam ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimũ temporis curſum, qui hominum memoriam excedat, aliasuè ſecundum iuris diſpoſitionem. In ijs verò perſonis, ſeu Communitatibus, vel Vniuerſitatibus, in quibus id ius plerumq; ex vſurpatione potius quæſitum præſumi ſolet, plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiratur, nec immemorabilis temporis probatio aliter eis ſuffragetur, quàm ſi, præter reliqua ad eam neceſſaria, præſentationes, etiam continuatæ, non minori ſaltem quàm quinquaginta annorum ſpatio, quæ omnes effectum ſortitæ ſint, authenticis ſcripturis probentur. Reliqui patronatus omnes in beneficijs, tàm ſæcularibus, quàm regularibus, ſeu parochialibus, vel dignitatibus, aut quibuſcunque alijs beneficijs, in Cathedrali, vel Collegiata Eccleſia, ſeu facultates, & priuilegia conceſſa, tàm in vim patronatus, quàm alio quocumque iure nominandi, eligendi, præſentandi ad ea, cum vacant, exceptis patronatibus ſuper Cathedralibus Eccleſijs competentibus, & exceptis alijs, quæ ad Imperatorem, & Reges, ſeu regna poſſidentes, aliosq; ſublimes, ac ſupremos Principes iura Imperij in dominijs ſuis habentes, pertinent, & quæ in fauorem Studiorum generalium conceſſa ſunt, in totum prorſus abrogata, & irrita cum quaſi poſſeſſione inde ſecuta in-

telligantur, beneficiaq; huiuſmodi tamquam libera à ſuis collatoribus conferantur, ac prouiſiones huiuſmodi plenum effectum cõſequantur. Ad hæc liceat Epiſcopo, præſentatos à patronis, ſi idonei non fuerint, repellere. Quod ſi ad inferiores inſtitutio pertineat, ab Epiſcopo tamen, iuxta aliàs ſtatuta ab hac ſancta Synodo, examinentur, alioquin inſtitutio ab inferioribus facta irrita ſit, & inanis. Patroni autem beneficiorum cuiuſcumq; ordinis, & dignitatis, etiã ſi Communitates, Vniuerſitates, Collegia quæcumq; clericorum, vel laicorum exiſtant in perceptione fructuum, prouentuum, obuentionum quorumcumque beneficiorum, etiam ſi vere de iurepatronatus ipſorum ex fundatione, & dotatione eſſent, nullatenus, nulla ve cauſa, vel occaſione ſe ingerant, ſed illos libere Rectori, ſeu beneficiato, non obſtante etiam quacumq; conſuetudine, diſtribuendos dimittant. Nec dictũ iuſpatronatus venditionis, aut alio quocunq; titulo in alios contra canonicas ſanctiones transferre præſumant. Si ſecus fecerint excommunicationis, & interdicti pœnis ſubijciantur, & dicto iurepatronatus ipſo iure priuati exiſtant. Inſuper acceſſiones per viam vnionis factæ de beneficijs liberis ad eccleſias iuriſpatronatui, etiam laicorũ, ſubiectas, tàm Parochiales, quàm ad alia quæcumque beneficia, etiam ſimplicia, ſeu dignitates, vel hoſpitalia, ita vt prædicta beneficia libera eiuſdem naturæ cum ijs, quibuſcum vniantur, efficiantur, atque ſub iurepatronatus conſtituantur. Hæ ſi nondum plenarium ſortitæ ſunt effectum, vel deinceps ad cuiuſuis inſtantiam fient quacumque auctoritate, etiam Apo-

ſtoli-

ſtolica, conceſſa fuerint, ſimul cum vnionibus ipſis per ſubreptionem obtentæ intelligantur, non obſtante quacumque in ijs verborum forma, ſeu derogatione, quæ habeatur pro expreſſa; nec executioni amplius demandetur, ſed beneficia ipſa vnita, cum vacauerint, libere, vt antea, conferantur. Quæ verò a quadraginta annis citra factæ effectum & plenam incorporationem ſunt conſecutæ, hæ nihilominus ab Ordinarijs, tamquam à ſede Apoſtolica delegatis, reuideantur, & examinentur, ac quæ per ſubreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint ſimul cum vnionibus irritæ declarentur, ac beneficia ipſa ſeparentur, & alijs conferantur. Similiter quoque patronatus quicumque in eccleſijs, & quibuſcunque alijs beneficijs, etiam dignitatibus antea liberis, acquiſiti a quadraginta annis citra, & in futurum acquirendi, ſeu ex augumento dotis, ſeu ex noua conſtructione, vel alia ſimili cauſa, etiam auctoritate Sedis Apoſtolicæ, ab ijſdem Ordinarijs, vti delegatis, vt ſupra, qui nullius in his facultatibus, aut priuilegiis impediantur, diligenter cognoſcantur, & quos non repererint ob maxime euidentem eccleſiæ, vel beneficii, ſeu dignitatis neceſſitatem legitime conſtitutos eſſe, in totum reuocent, atque beneficia huiuſmodi ſine damno illa poſſidentium, & reſtituto patronis eo, quod ab eis iccirco datum eſt, in priſtinum libertatis ſtatum reducant, non obſtantibus priuilegijs, Conſtitutionibus, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus.

De Iudicijs. Cap. XXV.

VT aliquando litibus finis imponatur, & tollantur occaſiones, quæ proceſſus retardare ſolent, ſtatuimus omnes exceptiones, replicationes, & triplicationes, dilatorias, declinatorias, perhemptorias, & cæteras cuiuſcumque generis ſint, de quibus non ſit cognitum, vel deciſum inter partes, vtriq; parti in fine litis tempore diſputationis faciendæ ſaluas eſſe, & exceptiones dilatoriæ, declinatoriæ, & cæteræ huiuſmodi reiectæ intelligantur, ſi de ipſis in ſententia, vel pronuntiatione ſuper cauſa principali fienda, non ſit facta mentio.

Quæ cauſæ ſummarie, & ſine ſcriptis cognoſcendæ ſint. Cap. XXVI.

ITA temporibus noſtris litigantium malitia creuit, vt in omnibus cauſis etiam minimis, etiam quæ executionem paratam exigunt, liberum eſſe reis conuentis videatur, lites ad libitum in longum tempus protrahere, & actores plerumque pauperes, & miſerabiles ſuperfluis proceſſuum expenſis defatigare, vnde euidenter neceſſarium eſt huiuſmodi malitijs occurrere, ſtatuimus ergo cauſas mercedum, maximè ex cauſa ſeruitiorum in miſſis, diuinisq; officijs præſtitorum, miſerabilium perſonarum, & alimentorum ſummarie, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & ſola facti veritate inſpecta, quomodocunque de

illa

illa conſtare potuerit, audiri & terminari debere, etiã ſine ſcriptis. Idem quoque inhærentes antiquioribus Constitutionibus ſeruari volumus in exigendis fictis tàm perpetuis, quàm temporalibus, & cenſibus ex cauſa beneficiorum debitis.

De accuſationibus. Cap. XXVII.

NVllis perſonis infamibus, aut aliàs à iure prohibitis locus detur accuſandi clericos, & illos calumniandi, vel contra eos teſtimonium dicendi.

De fide inſtrumentorum, & actorum: Cap. XXVIII.

ET quia Notarij, & Cãcellarij Curiæ noſtræ omnia acta, ſcripturas, & inſtru mẽta ſub nomine noſtro vel Vicarij noſtri recepta etiã in cauſis delegatis, & inſtrumenta etiam publica in præſentia noſtra, vel eiuſdem Vicarij noſtri quacunque ex cauſa confecta, in Archiuio eiuſdem Curiæ perpetuò ibidem conſeruanda dimittere tenentur, antiquioribus Conſtitutionibus inhærentes, quas præſenti Conſtitutione innouamus, ſtatuimus nullum alium Notarium, vel Cancellarium, præter Notarios, & Cancellarios dictæ curiæ noſtræ huiuſmodi acta recipere, ſcripturas, vel inſtrumenta conficere poſſe, ſub pœna nullitatis omnium, & ſingulorum actorum, ſcripturarum, & inſtrumentorum, ac etiam excommunicationis, prædictos autem Notarios, & Cancellarios noſtros per tempora

pora

pora exiſtentes taxationem ſibi præfixam ſeruare, & ne in minimo quidem excedere, & aliàs officium ſuum fideliter, ac omni dolo, & fraude ſemotis exercere volumus.

ADDITIO AD CAP. XXVIII.

¶ *Cum quo faciliori cauſarum expeditione, & minori partium diſpendio, regulares omnes in præſenti Ciuitate conſeruatores, prout hactenus obſeruatum fuit, habere debeant, minimeq; conueniat ſingulos ſibi ipſis tribunalia erigere, proceſſeritq; ſuperinde (quod adhuc viget) Viſitatoris Apoſtolici decretum anno 1577. ſub rubr. de iudic. & Eccleſiaſtici Iudices etiam virtute conſeruatoriarum litterarum dellegati cauſas omnes in foro, & curia Epiſcopali audiant, & decidant, in eaq; forum elligant, ſuumq; ſub nullitatis pœna tribunal conſtituant; ideo non abre duximus huiuſmodi decretum, taxamq; ab actuarijs noſtris ſeruandam imprimi facere.*

De Iuditiali foro Decretum Viſitatoris Apoſtolici.

CVM ex decreto Concil. præſertim cap. 20. ſeſſ. 24. ſit expreſsè diſpoſitum, quod cauſæ omnes eccleſiaſticæ, & ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes tractari debent coram Ordinario, & audierit idem Reuerendiſſ. Viſitator, quamplures Eccleſiaſticos Iudices etiam virtute conſeruatoriarum litterarum delegatos coarctari ad ius dicendum in cauſis eiſdem (vt præmittitur) delegatis in foro ſæculari, propterea Ordinauit, Iudices ipſos Eccleſiaſticos cauſas omnes prædi-

ctas

ctas de cętera audire, terminare, & decidere debere iuris ordine ſeruato, & alias iuxta ſibi datam iuriſdictionem, in foro, & curia Reuerendiſſimi D. Epiſcopi, & in ea ſibi debere de cætero forum elligere, & ſuum tribunal conſtituere ſub pœna nullitatis, alibi quàm in foro prædicto agendorum, & alijs pœnis arbitrio Reuerendiſſimi Epiſcopi;

Sicubi, & laboribus, & expenſis collitigantium eſt parcendum, ac indemnitatibus collitigantium ipſorum eſt conſulendum in hoc præcipue in foro Eccleſiaſtico eſt, ſumma opem elaborandum; propterea.

Ordinauit, quod in foro iuditiali eiuſdem Reuerendiſſimi D. Epiſcopi Iudices quicunque in adminiſtrandæ iuſtitia omnibus, & præſertim pauperibus, ac miſerabilius perſonis ſe indiferentes oſtendant, promptosq; & faciles ſe præbeant; & vbi ſummarie de iure procedere licet, id breuiori, qua fieri poteſt ratione expediant, & præſertim in cauſis alimentorum, mercedum, piorum locorum, atque huiuſmodi, quæ mora non patiuntur.

Vt autem auaritiæ ſuſpicio ab Eccleſiaſtico foro arceatur.

Ordinauit, & mandauit omnibus Curiæ Epiſcopalis Notarijs, Cancellarijs, carcerum cuſtodibus, atq; alijs huiuſmodi miniſtris, vt ſingulis cuiuſcunque opere mercedibus taxam legitimam, & honeſtam per Reuerendiſſimum D. Epiſcopum præſtitutam, & nuper reformatam obſeruent; ſub pœna priuationis officij, & alijs pœnis arbitrio eiuſdemq; Reuerendiſſimi D. Epiſcopi.

Ne autem indefenſæ miſerabiles perſonæ ſuo iure fraudentur, vel aduerſariorum potentia opprimantur;

Ordinauit, quod Reuerendiſſimus D. Epiſcopus perſonis huiuſmodi generales Procuratores, & Aduocatos conſtituat, vel aliàs eiſdemmet perſonis de opportuna deffenſione prouideat,

quam qui ſuſcipere abſq; rationabili cauſa recuſauerit, voluit hunc inhabilem cenſeri ad eccleſiaſtica negotia pertractanda, & à foro ipſo eccleſiaſtico repelli, & in eo ſibi officium Procuratoris vel Aduocati interdici;

Quia reus ab Epiſcopo, aut eius Vicario in ſpiritualibus generali in criminali cauſa condemnatus appellans non poteſt à Iudice appellationis quoquomodo abſolui, niſi acta primæ inſtantiæ produxerit coram &, propterea in exequtionem Sacr. Concil. Trident.

Ordinauit, notarios eiuſdem fori modis omnibus cogi, ac compelli debere ab ipſo Reuerendiſſimo Epiſcopo, vt quanto citius, & ad minus in termino triginta dierum acta ipſa reo poſtulanti exhibeant, modo, & forma, ac ſub pœnis de quibus in decreto Concil. prædicti cap. 20. ſeſſ. 24. verſic. præterea.

Carcerum vero Epiſcopalium cuſtodiæ eos præfici, qui diligentia, ac pietati polleant, & qui non minus conſulant carceratorum commoditatibus, quàm curiæ ſecuritati, in memoriã Reuerendiſſimi D. Epiſcopi reducendo, vt quam ſæpiſſimè carceres ſuos Epiſcopales per ſe, vel alium (eo impedito) curet viſitandos, & vt opportunis temporibus carceratis etiam in carceribus ſæcularium Iudicum Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrentur;

Et quoniam multorum querela perlatum fuit; nonnullos curiæ Eiſcopalis nuntios, notarios, & officiales relationem citationem, vel aliarum exequtionum inſtrumentorum quoque inueſtituræ nomine, vel plus æquo mercedis petere quoſdam etiam inſtrumenta, ſiue bullas collationum, vel inueſtiturarum petentibus, vel temere denegare, vel ſaltem in admodum longum tempus differre;

Ordinauit, & præcipiendo mandauit, omnibus dictæ curiæ

nuntijs,

nuntijs, notarijs, & officialibus quibuſcunque, vt omnino ſeruent taxas in eodem foro præſcriptas, (& vt præmittitur) reformatas petentibus ſuas ſcripturas inſtrumenta, & documenta, quæcunque mercede ſibi debita realiter oblata, exhibeant, & effectualiter tradant ſub pœna perpetuæ inhabilitatis ad exercendum officium in negotijs, litibus, & cauſis eccleſiaſticis, & ſpiritualibus, & vt Reuerendiſſimo D. Epiſcopo id curæ ſit futurum.

Ordinauit, vt de his omnibus ſæpius diligenter inquirat, & quæ vitioſa comperiet ſedulo corrigat; nihilque inultum relinquat.

TAXA HONORARII ILL. ET M. R. D. Vicarij Curiæ Epiſcopalis Papiæ, ac eius sportularum in cauſis tàm ciuilibus, quàm criminalibus.

CVm Illuſtriß. & Reuerendiß. D. D. Comes Jo. Baptiſta Bilius Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Papien. ſtudioſè ſemper inuigilare cupiat, vt cuncta ſuis rectis fulgeant ordinibus, multaq; emendatione digna reformauerit, decreuit propterea Taxam honorarij, & ſportularum eius Vicarij promulgare tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, vt & ipſe, & litigatores, ac cauſas agentes certi reddantur, quid in eo Epiſcopali foro ſeruandum ſit.

Decernit itaq;, & ordinat præf. Illuſtriß. D. Epiſcopus licere eius Vicario aliquid mediocrè in cauſis ciuilibus accipere pro labore, & inſpectione ſcripturarum, & proceſſuum, & pro ſtudendis allegationibus inſpecto paruo; magno, vel maximo labore obeundo.

Pro ſententijs verò, licentijs, condemnationibus, ac expeditionibus, aut interloqutorijs diffinitiuis, quando nulla alia expectabatur ab eo ſententia, vel expeditio in dictis cauſis ciuilibus auctoritate Ordinariæ Iuriſdictionis, ſcilicet vſq; ad ſummam valoris rei, vel pecuniarum librarum mille, aureus vnus; abindè verò ſupra vſque ad ſummam ſcutorum quinquecentum, auri duo; & à dicta ſumma ſcutorum quinquecentum ſupra cuiuſcumque ſummæ, & valoris ad computum ſolidorum trium pro quolibet centenario librarum.

In cauſis et Delegatis à Sanctiſſima Sede Apoſtolica tam ciuilibus, quàm criminalibus, vel aliter, quod à qualibet partium valoris, ſeu extimationis cauſa accipere poſſit aureum vnum, pro quolibet centenario, ſiuè fuerit cauſa principalis, ſiuè cauſa appellationis, ità tamen quod Sportulæ ipſæ excedere non poſſint ſummam aureorum centum cuiuſcumque valoris, vel extimationis cauſa extiterit.

Pro interloqutorijs verò, aut ordinationibus fiendis in ipſis cauſis ciuilibus, ſiuè ſuper poſitionibus, ſiuè ſuper admiſſione capitulorum, & commiſſione examinationis teſtium, aut ſuper electione interrogatorum, vel extimatorum, recognitione chirographorum, publicationibus teſtium, electione domicilij, vel alterius modi pro inſtructione proceſſuum, & quæ non ſapiant vim diffinitiuæ ſententiæ aliquid accipere non poſſit.

Pro relaxatorijs præceptis aduerſus ſequeſtrationes, ſi remedio fideiuſſionis concedatur, non excedat medium ſcutum.

Si verò diffinitiuè, & cum cauſæ cognitione dictæ relaxationes concedantur, non excedat aureos duos; Pro reuocationibus diffinitiuis ipſorum ſequeſtrorum, quartum vnum auri tantū.

Vbi autem contingat ipſum R. D. Vicarium in rem præſentem, vel ad aliqua loca accedere pro aliqua cauſa, vel differentia,

tia, ſi id fiat in Ciuitate, vel ſuburbijs habeat medium ſcutum auri, ſi verò extrà ſuburbia per ſex miliaria, ità vt in ſero reuerti poſſit aureum vnum cum dimidio, & ab ea diſtantia ſupra quantacunque fuerit habeat aureos duos ſingula die eundo, ſtando, & redeundo vltra ſumptus congruentes pro ſe, famulis, & equis, de quibus equis, vel quadrigijs pars inſtans ſuis expenſis prouidere teneatur, & in omni caſu pro teſtium examinibus nihil vltrà ab ea parte, quæ adduxerit, accipere poſſit.

In prædictis verò ſingulis ſemper pauperes, & miſerabiles exceptuati remaneant, qui tantùm ſumptus neceſſarios victus facere teneantur, & nihil accipi poſſit.

In cauſis autem criminalibus, ſeù quæ criminalibus æquiparantur pro examinibus reorum nihil accipere poſſit, niſi ipſemet examinibus incumbat, & Notarijs examen dictet, nec poſſint ipſi Notarij ſub pœna falſi quicquam ponere, ſeu ſcribere coram R. D. Vicario de eius licentia fictè, niſi verè ipſe Vicarius interſit, & examinet. Secludimus tamen ab hoc verſiculo neceſſitatem abſentiæ ipſius R. D. Vicarij ab examine reorum; & hoc verſiculum ſubijcimus arbitrio noſtro.

Informando proceſſum, ſiuè pro videndis ſcripturis, ſiuè ex quauis alia cauſa R. D. Vicarius à parte offenſa, & actiuè nihil accipiet, quia ſua ſponte ad inueſtigandos ſiuè puniendos exceſſus ſatis animatus eſſe debet, non tamen moram idcircò cõmittat circa proceſſuum expeditionem.

Pro examinibus reorum ſi ſpontè ſe conſtituerint, & tractetur de pœna, quæ æquiparetur capitali de iure ciuili habeat Reuerend. Dom. Vicarius vſque ad ſcutum vnum pro ſingulo. Si verò non ſit capitalis, & vtſupra ſimilis, vſque ad medium vnius auri pro ſingulo, & id ſemel tantùm, etiam quod ſæpius examinarentur. At ſi ſpontè non ſe conſtituerint,

ſed

ſed detenti fuerint, nihil debeatur, & tamen quantò citius poterit examinentur.

Pro examine teſtium ad informationem curiæ, ſiuè ad offenſam nihil accipere poſſit.

Pro examine teſtium ad deffenſam, ſi delictum ſit capitale, & vt ſupra ſimile, & teſtes non ſint vltra tres ſuper duobus, vel tribus capitulis; non computato tamen capitulo vocis & famæ, habeat vſque ad dimidium vnius auri, ſi verò ſit maior numerus capitulorum, vel teſtium vſque in ſex, habeat Vicarius vſque ad ſcutum vnum, abindè verò ſupra, non excedat ſcutos duos, & ſi delictum non ſit ſimile capitali, pœna tamen ſit corporalis, vel citrà triremem, habeat dimidium eius quòd ſupra dictum fuit ſingula ſingulis congruè refferendo, vbi autem pœna ſit pecuniaria, vel arbitraria, in omni caſu non habeat vltra dimidium vnius auri vt ſupra. vbi verò contingeret in immenſum laborem, vel ſuper capitulis prolixis, & laborioſis, quòd præf. R. D. *Vicarius eo in caſu vltrà dictum numerum ſex teſtium, quot quot fuerint teſtes habeat quartum vnius aurei pro ſingulo teſte, & vſque ad dictum numerum ſex habeat limitationem prædictam congruè refferendo.*

Pro ordinationibus, quæ fiunt ſuper relaxationibus carceratorum ſub fideiuſſione, vel aliter, vbi cauſa ſit capitalis vtſupra accipere poſſit ſolidos quinquaginta, vbi autem capitali ſimilis non ſit ſolidos vigintiquinque.

Pro ſententijs diffinitiuis, vbi delictum ſit capitale vtſupra, & feratur ſententia abſolutoria non excedat ſcutos duos, & vbi non ſit capitali ſimilis, habeat ſcutum vnum.

Pro præſentatione gratiarum, & annullatione, vel abolitione condemnationum accipere poſſit vſque ad dimidiũ aurei.

Præmiſſa tamen non procedant in perſonis nihil proprij habenti-

bentibus, & quottidianis laboribus ſibi victum quærentibus, quia dimidia tantum ab huiuſmodi perſonis accipi permittitur, eius, quod ſupra taxatum fuit congruè refferendo. à miſerabilibus autem, & ægenis perſonis nihil penitus conſequi valeat.

Pro interpoſitione decreti D. Vicarij, vbi eo opus fuerit, iuxtà qualitatem rei habere poſſit eius honorarium cum hoc, quod non excedat, nec excedere valeat aureum vnum.

Item pro ſententia beneſitiali, videlicet quando adeſt controuerſia inter partes ſuper collatione, vel inſtitutione alicuius beneſitij habere poſſit vsque ad ſummam ſcutorum duorum, quando beneficium habet ex redditu ſcuta vigintiquinque abinde vero ſupra vsque ad quinquaginta annui redditus vtſupra ſcuta quatuor, & abindè vsque ad centum, ſcuta ſex ad plus, & in totum.

Item pro ſimplici collatione, ſeu inſtitutione alicuius beneſitij, quòd habere poſſit tantummodo aureum vnum.

Item quòd pecuniæ, quæ traduntur Vicario pro viſione ſcripturarum, computentur in ſalario.

Interdicitur itaque Vicario, ne vltra præmiſſam quicquam accipiat, etiam à ſponte dantibus, quinimo exequtio, & obſeruantia præſentium ordinum enixè illo iniungitur ſub pœna Reuerendiſſimo Epiſcopo arbitraria ſi contrafecerit.

In quorum fidem &c. Papiæ ex Epiſcopali noſtro Pallatio, die 15. Maij. 1609.

Io. Bapt. Bilius Epiſc. Papien.

Taxa honorarij ſoluendi M. R. D. Aduocto Fiſcali Epiſc. Papien.

IO. BAPTISTA BILIVS DEI ET Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Papien. & Comes, &c.

CVm poſt adeptam poſſeſſionem huius Epiſcopatus in noſtri, iuriſdictionisq; & menſæ, ac Curiæ noſtræ Epiſcopalis Papien. Generalem Procuratorem, & Aduocatum Fiſcalem fecerimus, & deputauerimus cum auctoritate, poteſtate, honoribus, oneribus, & prærogatiuis, quæ ad dicti Procuratoris, & Aduocati Fiſcalis Offitium ſpectant, & pertinent, ac per eum, aliàs habit. & ſupportat. fuere, & volentes nos, vt quæ nam ſint honoraria ſoluenda dicto Admodum Reuer. D. Procuratore, & Aduocato Fiſcali noſtro omnibus innoteſcat ad effectum, vt ea iuxtà voluntatem noſtram eidem dari, & perſolui poſſint, & debeant. Iccircò tenore præſentium declaramus, & ordinamus poſthac vt infra inuiolabiliter fieri, & obſeruari, videlicet.

Primo, pro viſione proceſſuum offenſiuorum, & deffenſiuorum in cauſis capitalibus, ſeu illarum, quæ eis æquiparantur habere poſſit Procurator Fiſcalis noſter à reis aureum vnum. In cauſis vero corporalibus, vel pecuniarijs ſolummodo dimidium aurei, & aliquando aliquid amplius, vbi id proceſſuum viſio, & labor exigant, facto tamen prius nobiſcum verbo, vel cum Vicario noſtro Generali.

Secundo, pro ordinatione relaxatoria ſub fideiuſſione computa-

to conſtituto, vbi agatur de delicto capitali, vel quod illi æquiparetur habere etiam poſſit aureum vnum.

Tertio, pro examine teſtium ad inſtantiam reorum ad deffenſam examinandorum quotquot ſint, habere poſſit quartum vnum aurei pro illorum quolibet.

Quarto, pro ampliatione carcerum etiam renouata fideiuſſione, aut pro prorogatione temporis ad conſignandum nihil conſequi valeat.

Quinto, pro expeditionibus cauſarum delictorum capitalium, vel earum, quæ illis æquiparantur habere poſſit ſolummodo aureus vnus, & in cauſis corporalibus, vel pecuniarijs dimidium tantum vnius aurei.

Sexto, quod ſi contingat dicto Procuratori noſtro Fiſcali equitari extrà Ciuitatem ratione offitij ſui (vltra tamen ſeruitium noſtrum, & dictæ noſtræ menſæ) quod habere valeat vltra expenſas cibarias, & equi ſolummodo aureum vnum cum dimidio ſingula die.

Septimo, & vltimo, quòd vltra prædicta ſoluantur annuatim eidem Procuratori noſtro Fiſcali ex condemnationibus quouis modo tam per nos, quàm per Vicarium noſtrum Generalem faciendis, & applicandis, aurei centum quinquaginta Imper. in tribus vicibus, ſcilicet quolibet quadrimeſtre anticipate, cum hac expreſſa conditione, quod dictus, Procurator noſter Fiſcalis nullam aliam partē, etiam minimā in dictis Condemnationibus ſic vtſupra faciendis habere, nec prætendere valeat, & quos aureos centū quinquaginta ipſi Procuratori noſtro Fiſcali modo quo ſupra perſolui mandamus per Theſaurarium condemnationum à nobis deputandum.

Interdicitur autem M.R.D. Aduocato Fiſcali, ne vltrà præmiſſa quicquam accipiat etiam à ſponte dantibus, quinimo exe-

quutio, & obſeruantia præſentium ordinum, illi enixè iniungitur ſub pœna Reuerendiſs. Epiſc. arbitraria ſi contrafecerit &c. In quorum omnium fidem, & teſtimonium, &c. Papiæ ex Epiſcopali noſtro Pallatio die 15. Maij. 1609.

Io. Bapt. Bilius Epiſc. Papien.

DATVM SEV TABVLA,

Eius quòd conceditur exigi poſſe à Cancellaria Epiſcopali Papien. in cauſis ciuilibus.

IO. BAPTISTA BILIVS DEI ET Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Papien, & Comes, &c.

PRimo, pro citatione qualibet, ſiue oretenus ſiue in ſcriptis.	L.	ſ.	1	d.
Pro præcepto pœnali, vel ſequeſtro, ſiuè oretenus, ſiuè in ſcriptis, & pro eius relatione.	L.	ſ.	1	d. 6
Pro relatione cuiuslibet inthimationis.	L.	ſ.	2	d.
Pro relatione libelli, vel capitulorum.	L.	ſ.	2	d.
Pro qualibet contumacia.	L.	ſ.	1	d.
Pro electione extimatorum, vel Menſuratorum.	L.	ſ.	4	d.
Pro præſentatione dictæ extimationis.	L.	ſ.	4	d.
Pro ſimplici comparitione non continente appellationem conſilium ſapientis, vel petitionem aſſeſſoris, vel arbitri iuris nominatio-				

minatio-

minationem, vel recuſationem Iudicis, vel compromiſſum, fideiuſſionem, domicilij electionem.	L.	ſ. 1	d.
Pro comparitione contin. aliquid ex prædictis.	L.	ſ. 2	d.
Pro comparitione continen. conſtitutionem procuratoris.	L.	ſ. 4	d.
Pro comparitione in forma coram vobis etiam quod non contineat aliquid ex prædictis.	L.	ſ. 2	d.
Pro ſimplici replicatione ad cõparitionem.	L.	ſ. 1	d.
Pro tutela, vel cura, & ſatiſdatione.	L.	ſ. 10	d.
Pro oblatione & depoſito non excedẽte ſummam libr. decem.	L.	ſ. 2	d.
Pro oblatione & depoſito excedente vt ſupra quamtumcunque.	L.	ſ. 8	d.
Pro productione litterarum.	L.	ſ. 2	d.
Pro relatione eorum quæ in executione litterarum alterius acta ſunt.	L.	ſ. 16	d.
Pro litteris ſubſidialibus.	L.	ſ. 2	d.
Pro admiſſione capitulorum, & electione interrogatorum pro ſingula ex partibus.	L.	ſ. 1	d. 6
Et in contumatiam partis.	L.	ſ. 1	d. 6
Pro commiſſione appellationis pro ſingula ex partibus.	L.	ſ. 2	d.
Et in contumatiam partis tantum.	L.	ſ. 2	d.
Pro extractione ſcripturarum productarũ, ac litterarum præſentatarum pro folio.	L.	ſ. 1	d. 3
Pro impoſitione cedularum.	L.	ſ. 8	d.
Pro relatione ipſarum.	L.	ſ. 2	d.

Pro rogitu diffinitiuę ſententiæ, & interlocutoriæ habentis vim diffinitiuæ. L. ſ. 8 d.

Pro rogitu inſolutum dationis iudicialis. L. ſ. 8 d.

Pro rogitu, & ſubſcriptione mulctæ, & licentiæ, vel præcepti relaxatorij vſque ad ſummam librarum mille, libras duas pro ſingulo centenario librarum, & à libris mille vſq; in libris duabus millibus, habeant pro primis libris mille libras duas pro centennario vtſupra. Et pro alijs libris mille ſol. decem pro quolibet centenario librarum, & abinde ſupra habeant ad rationem ſol. quinque pro centenario, hoc intellecto quòd ſi ſententia præuia fuerit extracta in autenticam formam pro licentiá, & executione dictæ ſententiæ tantùm Notarius habeat dimidiam ſupradictę taxę ad rationem de qua ſupra, & pariter in extractione ſententiæ, vbi ſit ſolutum banco pro licentijs, Notarius pariter tantũ capiat dimidiã dict. taxæ.

Pro relatione carceratorum detentorum ex cauſa Ciuili. L. ſ. 8 d.

Pro relaxatione carceratorũ miſerabiliũ nihil.

Pro licentia detinendi ſuſpectum de fuga in cauſa ciuili. L. ſ. 16 d.

Pro examine Teſtium ad informationem pro ſingulo. L. ſ. 8 d.

Pro reffectione licentiæ, & executionis iam conceſſe, ſoluatur dimidium eius quòd in

conceſ-

conceſſione, habita ratione importantiæ reſſectionis.	L.	ſ.	d.
Pro explicatione Teſtium, informationum, & propallationum in executione monitoriarũ in quacumq; cauſa ordinaria, non tñ criminali ab actore pro ſingulo fol.	L.	ſ.	3 d.
A Reo pro carta vtſupra.	L.	ſ.	2 d.
Pro qualibet relatione pignorum, ac poſſeſſionis ſeu alterius executionis cũ præcepto.	L.	ſ.	3 d.
Pro ſubſcriptione præcepti cõtinen. ſententiã latam excõmunicationis, & relatione.	L.	ſ.	5 d.
Pro ſubſcriptione præcepti continen. inhibitionem ſeu etiam litterarum inhibitorialium.	L.	ſ.	8 d.
Pro eius relatione.	L.	ſ.	2 d.
Pro qualibet citatione cum iuramento cuiuslibet Teſtis.	L.	ſ.	1 d.
Pro qualibet citatione cũ licentia Religioſis perhibendi teſtimoniũ extra forum.	L.	ſ.	5 d.
Pro relatione cuiuslibet præcepti ad opponendum, & probandum, & alterius ſimilis ſine impoſitione.	L.	ſ.	1 d.
Pro conceſſione quarumlibet litterarum monitorialium in genere.	L.	ſ.	6 d.
Pro earum relatione quacunque.	L.	ſ.	2 d.
Pro conceſſione aggrauatoriarum.	L.	ſ.	8 d.
Pro abſolutione à ſẽtẽtia excõicationis iudicialis, vel alijs denũtiationis pro ſingulo.	L.	ſ.	6 d.
Pro ſingulis propallationibus receptis.	L.	ſ.	6 d.
Pro ſingulis propallationibus extra forum receptis.			

receptis.	L.	ſ. 4 d.	
Pro conceſſione interdicti.	L.	ſ. 16 d.	
Pro conceſſione, & inuocatione brachij ſecularis.	L.	ſ. 16 d.	
Pro commiſſione ſeu remiſſione examinandi Teſtes in aliqua cauſa extrà Ciuitatem, vel Diœceſim.	L.	ſ. 12 d.	
Pro præſentatione talium Teſtium facta officio.	L.	ſ. 2 d.	
Pro qualibet alia interloqutoria.	L.	ſ. 4 d.	

Pro extractione ſententiæ ratione aliquorum beneficiorum, ſcilicet perceptionis vſq; ad ſummam ſcutorum vigintiquinque aurei duo, abinde vero ſupra vſq; ad ſummam ſcutorum quinquaginta aurei quattuor, & abinde ſupra nihil plus, & pro fructibus, & expenſis ad computum importantiæ, & ſecundum taxam executiones.

Pro extractione ſententiæ matrimonialis ſcutum vnum, & plus, & minus iuxtà conditionem perſonarum cum participatione tamen D. Vicarij, ſi excedere voluerint aureos duos.

Idem intelligatur de diſpenſationibus matrimonialibus, quæ à Sancta Sede Apoſtolica exequendæ committuntur.

Pro habilitatione à iuramento in contractibus præſtito pro ſingulo.	L. 1	ſ. 12 d.	

Pro qualibet littera miſſiua ad inſtantiam

alicuius

alicuius, per quam continetur monitorium, vel ſuſpenſio. L. ſ. 8 d.

Pro littera commiſſionis videndi bona permutanda. L. ſ. 8 d.

Pro litteris, & mandato in ſcriptis faciendi inuentarium. L. ſ. 8 d.

Pro quolibet edicto in forma non computata ſcriptura. L. 1 ſ. d.

Pro eius relatione. L. ſ. 2 d.

Pro præſentatione ad benefitium à patronis facta. L. ſ. 8 d.

Pro reſſignatione benefitij. L. ſ. 8 d.

Pro rogitu appellationis. L. ſ. 8 d.

Pro extractione in auctenticam formam. L. 1 ſ. 12 d.

Pro collatione ſingulorum benefitiorum, ſeu Inſtitutione, & quacunq; alia prouiſione nihil, præter aureum vnum, non computata tamen ſcriptura, & rogitu, ſcilicet benefitij perceptionis vltra ſcutos duodecim, & abinde infra dimidium tantum vnius aurei.

Pro Delegatione, vel ſubdelegatione alicuius cauſæ magnæ importãtiæ ſcutũ vnũ auri & intelligatur magna importãtia, in qua veniret emolumentũ Cãcellariæ ſcutorũ quattuor, ſi cauſa remaneret in Cãcellar.

Pro Delegatione cauſæ mediocris ſcutum dimidium ad rationem vt ſupra.

Pro minima cauſa intelligendo vt ſupra. L. 1 ſ. d.

Pro quolibet Inſtrumento ordinũ, tàm mi-

norum,

norum, quàm ſacrorum, & ſeu pro litteris dimiſſorÿs ad ſingulos ordines, extra tamen rationem ſcripturæ, ſeu Inſtrumenti in papiro. L. ſ. 10 d.

Pro litteris Vicariatus Foranei aureũ vnũ

Pro dimiſſoria recedendi à Diœceſi. L. 1 ſ. d.

Pro legalitate Notarÿ. L. ſ. 4 d.

Pro licentia teſtandi. L. 1 ſ. 12 d.

Pro fulminatione proceſſus, & explicatione medium ſcutum.

Pro Inſtrõ renouationis feudi ſcutum vnũ.

Pro erectione beneficÿ cum reſſeruatione patronatus ſcutum vnum, & ſine reſſeruatione medium ſcutum.

Pro donatione iuriſpatronatus ſcutũ vnum.

Pro approbatione iuris patronatus. L. 3 ſ. d.

Pro licentia aſſociandi ad bona, aut intrandi vel apprehendendi ſimul, & ſeparatim ante litem, & proceſſu non confecto pro re mediocri, & magni momenti. L. 1 ſ. 5 d.

Pro fide ſufficientiæ ad beneficium curatum ad vrbem tranſmitten. in totum non tamen computata ſcriptura, & ſigillo. L. 1 ſ. 1 d.

Pro extractione actorum, & proceſſuum Ciuilium non computata tamen ſcriptura pro fol. L. ſ. 1 d.3

Pro extractione actorum, & proceſſuum, cauſarum delegatarum, non computata tamen vtſupra pro. fol. L. ſ. 2 d.

Pro extractione ſententiæ in dictis cauſis

delegatis

delegatis tertiam partem, quòd ſoluitur D.Delegato, quæ excedere non valeat aureos viginti quinq; reſpectu habitantium Papiæ, a forenſibus aũt exigi poſſit dimidiũ eius quòd ſoluitur D.Delegato.

Pro licẽtia reponẽdi fructus, ſeu alia bona.	L.	ſ. 16	d.
Pro Doctoratus in Vtroq; Iure, & ſeu in artibus, & Medicina extractione detractis expenſis.	L. 8	ſ. 10	d.
Et pro eius rogitu ſine diſpenſatione.	L. 23	ſ. 6	d.
Et pro Vltramontanis.	L. 9	ſ. 6	d.
Item in Iure Canonico tantum.	L. 12	ſ. 6	d.
Item in Iure Ciuili tantum totidem.			
Item pro rogitu Doctoratus in artibus, & Medicina.	L. 11	ſ. 8	d.
Item in Theologia.	L. 6	ſ.	d.
Pro doctoratus extractione, in artibus, & Medicina, & vel in ſacra Theologia detractis expenſis vtſupra.	L. 8	ſ. 10	d.
Pro Inſtrõ præſentationis litterarum Apoſtolicarum cum ſubdelegatione pro rogitu.	L.	ſ. 8	d.
Pro explicatione.	L. 1	ſ. 12	d.
Pro ſimili Inſtrumento cum impoſitione citatoriarum totidem.			
Pro Inſtrumenti reſſignationis benefitij explicatione totidem.			
Pro Inſtrumento nominationis, & præſentationis totidem.			
Pro Inſtrumento ratificationis nominationis iam factæ totidem.			

Pro Inſtrumento renuntiationis ante profeſſionem, ſcilicet pro rogitu habita ratione laborum, pro extractione, ad rationem autem aurei vnius, ſi res ceſſa ſit valoris ſcutorum ducentum, & abinde ſupra ſcut. duo ad plus, vltra tamen rogitum, & ſcripturam.

Pro Inſtrumento profeſſionis fidei Catholicæ vltra examina Teſtium. L. 1 ſ. d.

Pro Inſtrõ patrimonij Clericorũ vltra ſcripturas rogit. & examina Teſtiũ vt ſup. L. 1 ſ. d.

Pro Inſtrumento permutationis valoris bonorum vſq; ad ſummam ſcut. 200. aureus vnus, & abinde ſupra aurei duo, vltra ſcript. proceſſ. & rogitu.

Pro Inſtrumento venditionis, & liberationis iuxta taxam vt ſupra.

Pro confirmatione vel conſenſu contract. emphit. dimidium dictæ taxæ.

Pro confirmatione optionis ſcutum vnum.

Pro extinctione penſionis. L. 2 ſ. 10 d.

Pro collaudatione melioramentorum vſque ad ſummam ſcutorum 100. habeatur medietas vnius auri, & abinde ſupra non excedantur aurei duo.

Pro terminis datis in appellatione ad habendum reſponſum pro rogitu pro ſingulo. L. ſ. 8 d.

Et totidem pro extractione.

Pro additione hereditatis. L. 1 ſ. d.

Pro admiſſione forenſis ad ducendam vxo-

rem

rem vltra proceſſum. L. 1 ſ. 12 d.
Pro Icconomatu pro tempore vacationis beneſitij dimidium aurei.
Pro licentia Religioſis perhibendi teſtimonium. L. ſ. 1 d.
Pro inſtrumento applicationis Parochianorum dimidium aurei.
Pro Inſtrumento applicationis bonorum tantum alteri Eccleſiæ vel beneſitio iuxta taxam vtſupra.
Pro præſentatione Inuentarij bonorum Eccleſiæ. L. ſ. 1 d.
Pro præſentatione Inſtrumentorum ordinum, & Tit. beneſitiorum nihil
Pro diſpenſatione ſuper deffectu Nataliũ. L. 1 ſ. 12 d.
Pro diſpenſatione ſuper irregularitate dimidium aurei.
Pro diſpenſatione ſuper deffectu corporis totidem.
Pro collatione inſignium Prothonotariatus vel Equitis ſcutum vnum.
Pro reductione miſſarum. L. 1 ſ. 12 d.
Pro commutatione vltimæ voluntatis, & piorum operum totidem.
Summarij Indulgentiarum nihil.
Licentia conſtruendi ſepulcrum. L. ſ. 10 d.
Pro errectione Scolæ. L. 1 ſ. d.
Licentia colligendi ellemoſinas pro ſcollis. L. 1 ſ. d.
Licentia colligendi ellemoſinas pro pauperibus, vel ad fidem conuerſis, vel pro re-

demptione captiuorum, nihil.

Confirmatio Regularum alicuius ſcolæ.	L. 1	ſ. 12	d.
Viſitatio, vel Ordinatio in viſitatione, quæ datur petenti.	L. 1	ſ.	d.
Gratis dimittenda eſt Eccleſiæ viſitatæ vna, dempta tamen ſcriptura.			
Pro Inſtrumento conſecrationis Eccleſiæ ſcutum vnum.			
Pro litteris ſeu in termino abſolutionis, ſeu rellaxationis iuramenti ad effectũ agendi, etiam quòd ſint plura iuramenta contenta in rellaxatione pro rogitu.	L.	ſ. 8	d.
Et pro explicatione.	L. 1	ſ. 12	d.
Pro litteris fidei ſuperuiuentiæ.	L. 1	ſ.	d.
Pro atteſtatione ſtilli Curiæ.	L. 2	ſ. 19	d.
Pro litteris vnionis perpetuæ ſcutum vnũ.			
Pro diſſolutione vnionis dimidium ſcutum.			
Pro litteris errectionis alicuius dignitatis in quauis Eccleſia ſcuto duo, ſi auctoritate Ordinaria, aliàs dimidium ſupraſcriptæ taxæ.			
Pro edictò ſi quis vult eſſe heres, vel deffendere bona iacentia, vel abſentis, vel minorẽ, & cauſa dandi curatorẽ bonis, vel hereditati iacenti, vel minori ad litem, ſi ex offitio nihil, àd partis inſtantiam.	L.	ſ. 8	d.
Pro edicto cauſæ excuſſionis bonorũ, vel rei, & principalis debitoris, vt deueniatur ad fideiuſſionẽ, vel tertios poſſeſſores totidem.			

Pro Inuentario faciẽdo ab herede, vel quo-

libet

libet Tutore, vel Curatore, vel Rector Hoſpitalis, aut Eccleſiæ pro eius rogitu totidem.

Pro Inuentarij explicatione ad rationem videlicet, ſi inuentarizata erunt valor. libr. 100. lib. 1. & vſque ad libr. 300. libr. 3. & libr. 3000. ſol. 4. pro Centenario, & abinde ſupra ſol. 2. modo non excedat ſummam ſcutorum ſex.

Pro præcepto ſuper diffamatione, & vociferatione contra eum, qui dicit ſe habere debere, & rellaxatione. L. ſ. 2 d.

Et in alijs ſimilibus vt in Tabula.

Pro declaratione ſuper impoſitione ſilentij in executione dicti præcepti pro eius rogitu. L. ſ. 8 d.

Pro explicatione dictæ ſententiæ ad formam proceſſuum.

Pro interloqutoria quare non iuratum de calumnia ſiue ſit in præcepto, vel poſt illius intbimationem fiat. L. ſ. 4 d.

Pro poſitionibus, & illarum relatione. L. ſ. 2 d.

Pro iuramento ad poſitiones totidem.

Pro ſecunda iuſſione, vt reſpondeant poſitionibus totidem.

Pro reſponſione ad poſitiones cum iuramento totidem.

Pro replicatione ſuper poſitionibus cum interloqutoria annexa ſine Capitulorum admiſſione. L ſ. 3 d.

Pro

Pro præcepto cũ interrogatione an teneat, & poſſideat, vel an ſcriptura ſit de manu, & littera interrogati, vel ſup alio ptinente ad cauſã, ut in ſimilib. in Tabula. L. ſ. 2 d.

Pro Comparitione, & reſponſione ad præfata vt in Tabula. L. ſ. 2 d.

Pro relaxatione ſequeſtri ad fauorem ſequeſtrantis ad rationem importantiæ.

Pro rellaxatione ſequeſtri ad fauorem eius in cuius præiuditium fuit factum. L. ſ. 8 d.

Vſq; ad ſummam lib. 2 s. abinde ſupra. L. ſ. 16 d.

Pro miſſione in poſſeſſionem tedialem. L. ſ. 16 d.

Pro illius reuocatione. L. ſ. 8 d.

Pro ſubbaſtationibus rerum pignoratarum ſol. 8. & rellaxatione earum. L. ſ. 8 d.

Pro viſione loci, ſeu bonorum de quibus agatur in Cauſa. L. ſ. 8 d.

Pro dilatione per interloqutoriam conceſſa, & comparitione petentis dilationem, vel prorogationem termini. L. ſ. 4 d.

Vt pro alijs interloqutorijs.

Pro electione Aſſeſſoris, aut alterius confidentis. L. ſ. 4 d.

Item quòd ſi contingat Cancellarijs equitari, quod eis ſemper ſoluatur ſcutũ vnũ ſingulo die ultrà expẽſas cibarias, & equi.

De mercede Notarij, & Scriptorum in Cauſis Criminalibus.

Primo pro denuntijs defferendis à Conſulibus Terrarum. L. ſ. 2 d.

Pro

Pro relationibus fiendis à ſeruitoribus tàm Capitulorum, præceptorum, litterarum præſentatione, & ſi plures fuerint in eis nominati replicationum vtſupra. L.		ſ. 2	d.
Pro comparitione Rei, & prima requiſitione ſi de Cauſa vltimi ſupplitij agatur, & habeatur pro cauſa Capitali, ſeu cauſa vltimi ſupplitij illa pro qua de iure Ciuili imponeretur pœna Capitalis, & pro qua veniret facienda depoſitio, ſeu verbalis, ſeu actualis in foro Eccleſiaſtico, & priuatio benefitij, habeatur pro vna cõparitione quæ in vnico libello comprahenſa eſt, etiam quod de pluribus delictis fuerit delatus. L. 2		ſ.	d.
Pro extractione proceſſus in dicta Cauſa pro ſingulo folio non computata ſcriptura. L.		ſ. 3	d.
Et pro iuribus productis, & regiſtratis. L.		ſ. 2	d.
Pro comparitione, & requiſitione, ſi de cauſa corporali, agatur in qua non agatur de pœna capitali pro vtſupra ſiuè principaliter, ſiuè in conſequentiam. L. 1		ſ.	d.
Pro banco ratione proceſſus extrahendi pro ſingulo folio in ſupraſcriptis cauſis non computata ſcriptura, etiam computatis ſcripturis exhibitis, & regiſtratis. L.		ſ. 2	d.
Pro comparitione vbi agatur de pœna pecuniaria. L.		ſ. 11	d.
Pro dicto proceſſu extrahendo pro folio non computata ſcriptura vtſupra, ac compu-			

tatis

tatis ſcripturis exhibitis, & regiſtratis.	L.		ſ. 2	d.
Et vbi fuerint plures complices, qui voluerint communiter copiam habere, quod vna ſolutio ad computum vt ſupra reſpectiuè refferendo pro omnibus ſufficiat.				
Si verò vnus quiſq; voluerit habere copiã de per ſe, ſi vni extractus erit proceſſus, pro ſecunda extractione dimidiũ tantũ.				
Et ſi plures de eadem familia fuerint delati de cauſa pecuniaria, quòd vnita ſolutio pro omnibus ſufficiat.				
Et ſi quis comparuerit, & pro pluribus onus Iudicij in ſe ſuſceperit tamquam eorum, patronus & deffenſor pro omnibus errogauit pro comparitione.	L.	1	ſ. 2	d.
Pro ordinationibus quæ fiunt ad fauorem reorum, ac quacumq; fideiuſſione de redeundo ad carceres, vel aliter.	L.		ſ. 16	d.
Pro quolibet relaxetur.	L.		ſ. 6	d.
Pro ſponſione data de non offendendo.	L.		ſ. 6	d.
Pro ſententia abſolutoria in cauſa vltimi ſupplitij, & intelligatur vltimum ſupplitium vt ſupra.	L.	1	ſ.	d.
Pro ſẽtẽtia in cauſa corporali vel aliter.	L.		ſ. 10	d.
Pro Teſtibus ad deffenſam examinatis ſuper capitulis, & requiſitionibus, quæ fiunt loco capitulorũ pro ſingulo Teſte.	L.		ſ. 6	d.

Pro proceſſibus, & alijs ſcripturis extrahendis, & partibus dandis habeãt ſcriptores pro ſingulo folio originali, qui ſcribitur, et

deſcri-

de ſcripturis exhibitis regiſtratis, & à partibus datis ſol. 2. & totidem pro extracto, & idem fiat, & ſoluatur etiam quod non extrahatur.

Pro proceſſibus inſtigatorialibus dandis, dimidium tantùm eius, quod à reis exigūt, conſequantur pro Cancellaria. L. ſ. d.

Pro annotatione, ſeu inuentario bonorum in caſibus in quibus fieri conceditur, ſi in Ciuitae. L. 2 ſ. 19 d.

Extrà verò videlicet in ſuburbijs habeant expenſas vltra vtſupra ſingulo die. L. 2 ſ. 19 d.

Et ſi contingat equitari pro fabricatione proceſſuum extrà Ciuitatem, & ſuburbia, quod vltra expenſas cibarias, & equi habeat ſcutum vnum ſingulo die non computata ſcriptura.

Ab illis qui in carceribus de ellemoſinis viuunt, vel fidem miſerabilitatis exhibēt, nihil conſequantur pro præſentatione reſcripti in cauſa Delegata criminali. L. ſ. 8 d.

Pro ſententia diffinitiua abſolutoria extrahenda. L. 2 ſ. 17 d.

Pro litteris gratiæ à condemnationibus, & bānis in cauſa capitali ſcuta duo, in corporali vnū, in pecuniaria dimidiū vnius.

Pro cancellatura condemnationis pœna ſoluta vſque ad ſummam ſcutorum quinquaginta aureus vnus, abinde verò ſupra cuiuſcunq; ſummæ ſint aurei duo.

Pro ſaluo conducto condemnati capitaliter ſcutum vnum, intelligendo cōdemnationem capitalem, vt diximus ſupra, & condemnati pœna corporali; vel pecuniaria dimidium ſcuti.			
Pro commutatione pœnæ dimidium eius, qđ pro litteris gratiæ reſpectiuè vt ſupra.			
Pro condemnatione corporali extrahenda, aut.	L. 1	ſ.	9 d.
Pro publicatione proceſſus.	L.	ſ.	4 d.
Pro remiſſione præſentanda, ſiue per inſtrumentum, vel aliter.	L.	ſ.	8 d.
Pro præſentatione litterarum gratiæ, & approbationibus in omnibus cauſis, & nihil vltra accipiant etiã à ſponte dantib.	L. 1	ſ.	1 d.

De mercede nuntij.

Pro intbimatione præceptorũ ſub quibuſuis cenſuris, & pœnis ſint accipere poſſint in Ciuitate, ſol. 1. pro qualibet etiam quod plures contineantur in eodem præcepto, ſeu intbimatione dum tamen omnes habitent in eadem domo, quod ſi habitẽt in diuerſis domibus habeant ſolidum pro ſingula domo, ſi non excedant numero quinque ab inde vero denarios ſex.	L.	ſ.	1 d.
Extra Ciuitatem vero in ſuburbys, ſol. 2. vt ſupra.	L.	ſ.	2 d.
Extra ſuburbia, vel intra corpora ſancto-			

rum,

rum, ſol. 3. vtſupra. L. ſ. 3 d.

Extra corpora ſanctorum, quando diſtant vlterius accipere poſſint ſol. 2. pro ſingulis mille paſſibus diſtantibus à Ciuitate, quæ computatio habeatur ſolum reſpectu itineris in eundo, & nihil habeant pro redeundo, quod ſalarium non augetur etiã quod plures citandi eſſent in eadem terra quãuis in diuerſis domibus, & ſeparatis. L. ſ. d.

Teneantur dicti nuntij ſtatim poſt data eis præcepta parte inſtãte iter arripere, & exequi, & poſt executionẽ ſtatim reuerti, & relationẽ facere ſub pœna aureorũ duorũ pro qualibet vice in qua defecerint, menſe Epiſc. applicand. vltra quod teneantur reſficere damna, intereſſe, & expenſas parti, quas, et quæ paſſa fuerint ex tali dilatione, vel negligentia.

De mercede cuſtodis, collateralis, ſeu exequtoris.

Habeant pro ſingulo die à ſingulis carceratis ſol. 2. din. 6. L. ſ. 2 d. 6

Et ſi lectum præbuerint præter ſupraſcripta ſol. vnum, & dimidium, videlicet cum lenteaminibus, & culcitra. L. ſ. 2 d. 6

Si vero eis dederit cibaria, quia certa penſio conſtitui non poteſt pro diuerſitate temporum, & perſonarum, accipiant id quod

M.R.D.Vicarius arbitratus fuerit, teneaturq; ipſe collateralis petere quotta-nis a R.D.Vic. vt det taxā pro cibarijs, ſcilicet S. Michaelis, & feſti Paſch.Reſur.

Pro introitu, exitu, & conſignatione carceratorum in totum pro omnibus iſtis non poſſint accipere, niſi ſol.decem pro ſingulis carceratis. L. ſ. 10 d.

A quolibet ſponte cōſtituto, & retento, plus accipere non poſſint, quam quartum vnum aurei ſi delictum mereatur pœnam capitalem de Iure Ciuili, vel pœnam depoſitionis, aut priuationis beneficiorum de Iure Canonico. L. 1 ſ. 10 d.

Vbi vero non ingerentur ſupraſcriptæ pœnæ, vel leuiores, non poſſint accipere vltra dimidium quarti, & miſerabilibus nihil. L. ſ. 15 d.

Si plus acceperit, etiam a ſponte dantibus puniantur in pœna quadrupli, & maiori arbitrio Reuerendiſs. D.Epiſc. vel eius Vic. pro qualitate exceſſus.

Pro tortura.

Si delictum ſit capitale vtſupra poſſit pro ſingulis accipere lib. tres. L. 3 ſ. d.

Si non capitale. L. 1 ſ. 10 d.

Pro captura.

Pro captura rei pro delicto capitali vtſup. ante condemnationem lib. nouem. L. 9 ſ. d.

Poſt

Poſt condemnationem libr. duodecim.	L.	12	ſ.		d.
Pro captura in cauſa corporali non capitali dimidiam eius, quod ſupra taxatum eſt, ſi ante condemnationem.	L.	4	ſ.	10	d.
Poſt condemnationem.	L.	6	ſ.		d.
Et hæc intelliguntur cum capturæ fiunt in Ciuitate, vel ſuburbijs; quod ſi fiant extra Ciuitatem, & ſuburbia habeant in cauſa capitali vtſupra.	L.	12	ſ.		d.
Ante condemnationem.	L.	12	ſ.		d.
Poſt condemnationem libr. 24.	L.	24	ſ.		d.
In cauſa corporali ante condemnationem.	L.	9	ſ.		d.
Poſt condemnationem libr. 12.	L.	12	ſ.		d.

Cum pœna eſt alternatiua corporalis, vel pecuniaria habeatur pro corporali.

Pro incarceratione Teſtium nihil, quando incarcerati ſunt ad veritatem eruendam, neq; pro ingreſſu, neq; pro exitu.

Si vero aliquem incarcerabit in Pallatio inuentum, & iuſſu in voce tantum Reuerendiſſ. D. Epiſc. vel eius Vicarij, qui ex modico interuallo eadem die, vel ſequēti abſq; aliqua pœna, vel fideiuſſione relaxatus fuerit, nihil accipere poſſit niſi cū licentia Reuerēdiſs. D. Epiſc. vel eius Vic.

In omnibus tñ, & ſingulis capitulis ſupraſcriptis pertinen. ad capturā detentionē, & incarcerationem; quia pro veritate caſuū, locorū, temporū, & perſonarū certa lex vniformis dari non poteſt; ſi quando

caſus

caſus cõtigerit vt plus, vel minus ſoluendum ſit Reuerendiß Epiſc. vel eius Vic. omnibus conſideratis, quod iuſtum fuerit arbitrabitur, & decernet.

Si collateralis, ſeu executores aliquid in actu captura ex bonis capti, vel apud eum, & cum eo exiſtens acceperit, teneantur totũ reponere apud Notarium offitij dẽptis armis, quæ penes ſe cuſtodire poſſint, ſed ea tamen ſtatim teneantur notificare offitio.

Si in præmiſſorum aliquo deffecerint, vel cõtrafecerint puniantur in quadruplũ præter reſtitutionem oblatorum, & maiori pœna arbitrio Reuerẽdiß. D. Epiſcopi, vel eius Vic. vſq; ad priuationem offitij incluſiuè. In quorum fidem &c. Papiæ ex Epiſcopali noſtro Pallatio, die 15. Maij, 1609.

Io. Bapt. Bilius Epiſc. Papien.

De pœnis. Cap. XXIX.

ET ſi his noſtris Conſtitutionibus pœnas quaſdam certis criminibus adiecimus, nolumus tamen ex hoc pœnis à iure communi, & ſacris Concilijs generalibus, & maxime à ſacra Tridentina Synodo impoſitis eſſe derogatum. Nobis verò facultatem pœnas ipſas præſcriptas minuendi, moderandi, & commutandi reſeruamus, pariterq; illas augendi arbitrio noſtro,

ſtro, maximè vbi delicta non ſimpliciter, ſed cum alio mixtim, vel iterato commiſſa fuerint, aut aliter ex aliqua cauſa aggrauata remanſerint, vbi autem nullæ certæ pœnæ à nobis expreſſę ſint additæ, pœnas iuris, ac etiam arbitrarias adhibebimus, prout delicti, perſonæ, temporis, loci, & aliæ qualitates, & circumſtantiæ diligenter examinatæ faciendum nobis ſuadebunt, pœnas etiam pecuniarias locis, & vſibus pijs, ac etiam pro aliqua parte accuſatori applicabimus. Sciant autem omnes præſentium Conſtitutionum publicationem, quoad pœnarum incurſum cuiuſcunque monitionis, interpellationis, & requiſitionis etiam iteratæ vim, quatenus requireretur, omnino habiturã.

De Conſtitutionibus, & de illarum interpretatione, et diſpenſatione.
Cap. XXX.

QVia ab anteceſſoribus noſtris diuerſis temporibus plures Conſtitutiones factas fuiſſe nõ ignoramus, quarum nonnullas expreſsè his noſtris innouauimus, ne cæteræ omnino in deſuetudinem abeant, ſancimus per has noſtras Conſtitutiones illis antiquioribus non intelligi derogatum, niſi in caſibus in ſpecie expreſſis. Has autem Conſtitutiones etiam à laicis ſiue rei, ſiue actores fuerint in foro eccleſiaſtico ſeruari mandamus, ita vt clericis ſecundum laicorum ſtatuta ius non reddatur, ſi quid verò difficultatis circa ipſas Conſtitutiones ortum fuerit, aut ſi aliquando diſpenſandum erit, interpratationem, & declaratio-

nem

nem huiuſmodi, ac diſpenſandi facultatem nobis reſeruamus, ſalua tamen ſemper Sedis Apoſtolicæ, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ auctoritate, cuius obedientiæ, & iuditio quæcunque à nobis in his noſtris Conſtitutionibus ſtatuta ſunt, ſubiacere expreſsè, & reuerenter proteſtamur, & volumus.

Quæ Conſtitutiones habere, & legere teneantur. Cap. XXXI.

ET quia ſuperius ſtatuimus, vt omnes Præpoſiti, Rectores, ac quicumquè alij Eccleſiarum parochialium Adminiſtratores, & Parochi harum Conſtitutionum librum penes ſe habere teneantur, mandamus autem omnibus, & ſingulis prædictis, vt ſæpe illas perlegere, & obſeruare debeant, capita verò & præcepta, ſeu ſtatuta omnia, quæ ad laicos pertinent infra annum ſaltem ſingulo ſemeſtri, ſingulis verò ſequentibus annis ſemel ſaltem populis ſibi commiſſis (nonnullis caſibus exceptis, quos ſæpius inculcandos eſſe præcipimus) ita legant, & declarent, vt nulla ignorãtiæ excuſatione ſe defendere poſſint, quoties quis in hoc defecerit, toties in ſcutis quinque mulctetur, & alia grauiori pœna plectatur.

De Blaſphemia. Cap. XXXII.

ADeo impijs, & grauibus ſceleribus impliciti ſunt hodie homines, vt etiam Deum, Beatam Virginem, ac Sanctos blaſphemare non vereantur, licet

in

in lege veteri ſcriptum habeant, blaſphemos lapidibus ab vniuerſo populo oppreſſos fuiſſe, Nullum enim eſt tam graue crimen, quo magis Deus creator offendatur, quam blaſphemia, hinc nonnulli, blaſphemos iudæis deteriores vocarunt. Non ſunt ergo huiuſmodi generis homines impune ferendi, ſed grauiter, & acerrimè caſtigandi. Si quis ergo tam impudens, & impius fuerit, qui Deum, Glorioſam Virginem, ac Sanctos blaſphemare, vel maledicere, aut aliàs contumelioſis, vel obſcœnis verbis afficere auſus fuerit, ſiue clericus, ſiue laicus pœnis à ſacris Canonibus, Pontificum decretis, & maximè à Leone Decimo in Lateranenſi Concilio præſcriptis ſubiaceat, cuius decretum hic apponi mandauimus, vt vnuſquiſque pœnam contra blaſphemos ſtatutam ſciens, & illius timore ſi non omnipotentis Dei amore, ab huiuſmodi grauiſſimo ſcelere linguam, ac cor refrenare diſcat, & impellat.

Cap. XXXIII.

QVicunque Deo palàm, ſeu publicè maledixerit, contumelioſiſque, ac obſcœnis verbis Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vel glorioſam Virginem Mariam eius genitricem expreſsè blaſphemauerit, ſi munus publicum iuriſdictionemque geſſerit, perdat emolumenta trium menſium, pro prima & ſecunda vice, dicti officij. Si tertio deliquerit, illo eo ipſo priuatus exiſtat. Si clericus, vel ſacerdos fuerit eo ipſo quod de delicto huiuſmodi fuerit conuictus, etiã beneficiorum quæcumque habuerit fructibus appli-

candis, vt infra, vnius anni mulctetur, & hoc ſit pro prima vice, qua blasphemus ita deliquerit; pro ſecunda verò ſi ita deliquerit, & conuictus, vt præfertur, fuerit, ſi vnicum habuerit beneficium, eo priuetur, ſi autem plura, quod Ordinarius maluerit, id amittere cogatur; quod ſi tertio eius ſceleris arguatur, & conuincatur, dignitatibus, ac beneficijs omnibus, quæcumque habuerit, eo ipſo priuatus exiſtat, ad eaque vlterius retinenda inhabilis reddatur, eaque libere impetrari, & conferri poſſint. Laicus verò blaſphemans, ſi nobilis fuerit pæna xxv. ducatorũ mulctetur, & pro ſecũda vice quinquaginta fabricæ baſilicæ Principis Apoſtolorum de vrbe applicandorum, & alijs vt infra deducitur; pro tertia verò Nobilitatem perdat. Si vero ignobilis, ac plebeius fuerit, in carcerem detrudatur. Quod ſi vltra duas vices publice blaſphemans depræhenſus fuerit mitra infami per integrum diem ante fores Eccleſiæ principalis mitratus ſtare cogatur. Si vero pluries in hoc ipſum peccatum lapſus fuerit, ad perpetuos carceres, vel ad triremes damnetur; ad iudicis deputati arbitrium. In foro autem con ſcientiæ nemo blaſphemiæ reus abſq; grauiſſima pœnitentia ſeueri confeſſoris arbitrio iniuncta poſſit abſolui, qui verò ſanctos reliquos blaſphemauerit arbitrio iudicis rationem perſonarum habituri mitius aliquanto puniri volumus. Statuimus etiam, vt ſeculares iudices, qui contra tales blaſphemiæ conuictos non animaduerterint, eoſq; iuſtis pœnis minime affecerint, quantum in eis fuerit, quaſi eidem ſceleri obnoxij, eiſdem quoque pœnis ſubijciantur. Qui verò in illis inqui-

quirendis, puniendusque diligentes, & ſeueri fuerint, pro qualibet vice, decem annorum indulgentiam conſequantur, & tertiam partem mulctæ pecuniariæ habeant. Quicunque verò blaſphemantem audierint, eum verbis acriter obiurgare teneantur, ſi citra periculum ſuum id fieri poſſe continget, eundemque deferre, vel notificare apud Iudicem Eccleſiaſticum, ſeu ſecularem intra triduum debeant. Quod ſi plures dictum blasphemãtem ſimul audiuerint, ſinguli eum accuſare teneantur, niſi forte omnes conuenerint, vt vnus pro cunctis tali fungatur officio. Quos omnes in virtute Sanctæ obedientiæ hortamur, & monemus in domino, vt pro diuini nominis honore, ac reuerentia in ſuis dominijs, ac terris præmiſſa omnia ſeruari, & exactiſſime exequi mandent, ac faciant vberrimam ab ipſo Deo tam boni, ac pij operis mercedem habituri: ſimilemque annorum decem indulgentiam ab Apoſtolica Sede conſecuturi cum tertia parte mulctæ, qua dictus blaſphemus plectetur, quotiens tale ſcelus puniendum curauerint, quam quidem Indulgentiam, & reliquam tertiam mulctæ partem accuſatori blaſphemi nomen deferenti ſimiliter concedi, & aſſignari volumus, alijs pœnis contra huiuſmodi blaſphemos per ſacros Canones expreſſis nihilominus in ſuo robore manentibus.

ADDITIO AD CAP. XXXII.

¶ *Graue adeò, deteſtabileq; ſcèlus eſt blaſphemia, vt placuerit etiam Sanctiſſimo viro Pio Quinto Pontif. Max. no-*

nam in hac materia edere Conſtitutionem, quam, vt iccircò omnibus innoteſcat, & ſeruetur, hic edi curauimus.

Copia Bullæ Pij V. contra blaſphemantes.

AD abolendum verò nefarium, & execrabile blaſphemiæ ſcelus, quod in antiqua lege Deus morte puniri mãdat, & Imperialibus quoque legibus receptum eſt; nunc autem propter nimiam Iudicum in puniendo ſegnitiem, vel potius deſuetudinem ſupra modum inualuit, Leonis prædeceſſoris noſtri in nouiſſimo Lateranenſi Concilio ſtatuta innouantes; Decernimus, vt quicunque laicus Deum, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & glorioſam Virginem Mariam eius genitricem expreſsè blasfemauerit, pro prima vice pœnam 25. ducatorum incurrat, pro ſecunda pena duplicabitur, pro tertia autem centum ducatos ſoluet, & ignominia notatus exilio mulctabitur; qui verò plebeus fuerit, nec erit ſoluendo pro prima vice manibus poſt terga ligatis ante fores Eccleſiæ conſtituetur per diem integrum, pro ſecunda fuſtigabitur per Vrbem, pro tertia lingua eius perforabitur, & mittetur ad triremes; quicũq; clericus in hoc blaspbemiæ crimen incurrerit, pro prima vice fructibus vnius anni omnium, & quorumcumq; beneficiorum ſuorum, pro ſecunda beneſficijs ipſis priuetur, pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur; quod ſi clericus nullum obtinuerit beneſſicium pro peccuniaria, vel corporali pro prima vice puniatur, pro ſecunda carceribus mancipetur, pro tertia verbaliter degradetur, & ad triremes mittatur, qui reliquos Sanctos blasfemauerit pro qualitate blaſphemiæ, atq; perſonæ arbitrio Iudicis puniatur.

Si quis crimen nefandum contra naturam, propter quod ira Dei

Dei venit in filios diffidentiæ perpetrauerit, curiæ ſeculari puniendus traddatur; & ſi clericus fuerit, omnibus ordinibus degradatus ſimili pœna ſubijciatur; monemus præterea omnes locorum ordinarios, & in virtute Sanctæ obedientiæ eis præcipimus, vt ſtatuta Tridentini Concilij contra concubinarios tam clericos, quàm laicos edita diſtrictè faciant obſeruari redditurì Deo, ac nobis ſi id omiſſerint, rationem.

Et vt præmiſſorum delictorum ſimoniæ, blaſphemiæ, ac ſtupri neffandi notitia facilius habeatur; volumus quod in ſingulis caſibus non ſolùm per accuſationem, & inquiſitionem, ſed etiam ad ſimplicem, & ſecretam denunciationem procedatur per quoſcumq; Iudices, alias tamen de iure competentes, tam ratione delicti, quam perſonarum, ita quod inter eos locus ſit præuentioni.

Monemus preterea omnes, & ſingulos, vt ſolùm Dei timorem præ oculis habentes, & non alia animi praua affectione ducti culpabiles tantum defferant, innocentes non vexent; quòd ſi aliqui ex calumnia aliquos denuntiaſſe comperti fuerint, eos ad pœnam talionis teneri volumus, & mandamus; Mulctæ autem peccuniariæ applicabuntur pro duabus partibus locis pijs arbitrio noſtro in Vrbe, extra vero ordinariorum, pro tertia accuſatori, qui delinquentes detulerit; Mandamus autem Principibus, Comitibus, & Baronibus omnibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Feudatarijs ſub pœna priuationis Feudorum, quæ ab ipſa Eccleſia Romana obtinent, reliquos vero Principes Chriſtianos, & terrarum dominos hortamur in Domino, & in virtute Sanctæ Obedientiæ mandamus, vt pro diuini nominis reuerentia, & honore præmiſſa omnia in ſuis dominijs, ac terris exactiſſime ſeruari faciant, vberrimam ab ipſo Deo mercedem tam boni operis recepturi; nõ obſtãtibus quibuſcunq; cõſtitutionibus,

&

& ordinationibus Apoſt. ac exẽptionib. priuilegijs, indultis, facultatibus, & litteris Apoſt. quibuſuis capitulis, cõuentibus, militijs, ordinibus, & pſonis cuiuslibet qualitatis, & cõditionis exiſtentibus ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiã derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in ſpecie etiam motu proprio aliàs quomodolibet conceſſis approbatis, & innouatis, quibus illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæterisq; contrarijs quibuſcumque; Volumus autem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Prælati munitis eadem prorſus fides vbique adhibeatur, quæ eijsdem præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ; nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ innouationis, relaxationis, admonitionis, confirmationis, mandati, ſtatuti, decreti, ordinationis, præcepti, monitionis, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contrahire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerunt, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1566.

De maghis, incantatoribus, ſortilegijs, etc. Cap. XXXIIII.

NOn ſunt quoque tollerandi, ſed omnino exterminandi maghi, incantatores, ſortilegij, diuinatores, malefici, arioli, ac alij omnes huiuſmodi generis nequiſſimi homines. Si quis ergo, ſiue clericus, ſiue

ſiue laicus aliquid ex prædictis criminibus commiſſerit graues à iure, & Pontificum decretis impoſitas pœnas, & alias nobis arbitrarias iuxta qualitatem,& quãtitatem delicti,& criminum delinquentis ſubire cogatur. Conſulentes verò, ſeu quomodocunque cum illis participantes pariter à nobis grauiter punientur.

Modus conuocandi Capituli in Cathedrali, & Collegiatis Eccleſijs.
Cap. XXXV.

CVM multa ſæpe in Capitulis pro cuiuſcunque Eccleſiæ vtilitate, & decore pertractanda contingant, æquum,& congruum eſſe videtur, vt ſæpe Capitulum tam in eccleſia noſtra Cathedrali, quàm in Collegiatis conuocetur, ſtatuimus ergo, & decernimus, vt ſingula hebdomada feria ſexta Eccleſiæ noſtræ maioris Capitulũ congregetur,in Collegiatis verò ſingulo ſaltẽ menſe,modo dies feſtus nõ ſit,quo caſu in aliũ diẽ nõ feſtũ differatur,nũquã tamen hora,qua diuina in choro celebrantur, conuocetur, niſi res aliqua inciderit, quæ dilationem pati non poſſit, tunc enim & die feſto, & tempore celebrationis diuinorum ex cauſa neceſſaria conuocari poſſe permittimus, ſi ſecus factum fuerit, amittant Canonici diſtributiones omnes illius diei, & vbi non eſſent diſtributiones, ſoluant ſinguli ſolidos decem. Aduertant autem omnes, quibus capitulum conuocandi munus ſpectat, quicumq; illi ſint, & quacumque fulgeant dignitate, ſi in mane conuocandum erit, die præcedenti, ſi verò in veſperis

ris in mane ſaltem eiuſdem diei Canonicos moneri facere, teneanturque omnes moniti, quibus in Ciuitate, vel alibi, vbi conuocandum erit Capitulum, eſſe contigerit legitimo ceſſante impedimento, omnino ad locum ſolitum accedere, Capituloq; intereſſe, indeque non recedere, niſi tractatis, & diſcuſſis omnibus tractandis, & diſcutiendis ſub pœna ſolidorum viginti pro ſingulo, quæ pœna omnino exigatur ſuper diſtributionibus quotidianis, vel aliunde, vbi commodius fieri poterit, & inter reſidentes pro rata notæ diuidatur, hinc mandamus pūctatoribus, vt diligentem de prædictis rationem teneant, camerarijs verò, vt prædictam pœnam exigant, exactamque vt ſupra diuidant ſub pœna dupli: Meminerint autem omnes iuxta ordinem ſuo loco ſedere, proponere, & loqui, & tam in proponendo, & loquendo, quàm in contradicendo modeſtè, & grauiter ſe gerere, iurgiaque, & indecentes contentiones omnino euitare, aliàs per annum ab ingreſſu capituli remoueantur, & grauius etiàm puniantur. In terminandis autem quibuſcumque negotijs dentur ſemper vota ſecreta cum buſſolis (vt aiunt,) & ballottis, vt liberius quilibet poſtpoſitis humanis affectibus circa negotium propoſitum iuxta iuditij, & conſcientiæ ſuæ dictamen pro eccleſiæ vtilitate, & decore ſententiam ſuam promere poſſit. Quod ſi ſeruatum non fuerit ex nunc quicquid in iilo capitulo terminatum fuerit, irritum & nullum eſſe decernimus.

AD-

ADDITIO AD CAP. XXXII.

¶ 1 Vt non in terminandis modò, ſed & in proponendis etiã maximis rebus palàm, & aperte vnuſquiſque, ac pro dignitate conſilium ſuum in capitulo explicare magis poſſit, decernimus; primo, vt illi, de quorum intereſſe agitur, non expectata iuſſione ſub pœna nobis arbitraria e capitulo exeant; ſecundo, quod eorum nemo, qui interuenerint tractata, & deciſa in capitulo ſub pœna à nobis arbitraria reuelare audeant; tertio non fiãt conuenticula ſuper rebus agendis, & pertractandis in capitulo antequam fiat capitulum ſub pœna excommunicationis; quarto teneatur liber in capitulo, in quo deſcribantur acta, & deciſa per capitulum.

Prohibentur vigiliæ, & repræſentationes paſſionis Chriſti, aut Sanctorum.
Cap. XXXVI.

Vigiliarum vſum antiquitus valdè laudatum legimus à patribus, nempe cum adeò feruebat charitas in Chriſtianorum animis, vt eos omnes non tæderet antelucanos pſalmos publice in eccleſijs canere, & maiorem partem noctis conſumere audiendo verbo diuino, & miniſtri eccleſiaſtici vigilantiſſime in ſuis officijs die noctuque miniſtrabant, & debitus honos, ac reuerentia ſacratis locis habebatur. Nunc verò, & multi abuſus, qui manifeſtiſſimè in his vigilijs admittuntur, & Chriſtianorum frigus faciunt, vt in

præſentia ſit damnandum, quod aliàs fuit commendatione digniſſimum. Mandamus igitur ſub excommunicationis pœna omnibus Chriſtifidelibus nobis ſubditis, ne audeant in ecclesijs, ſeu cœmiterijs nocte excubare ſub prætextu cuiuſuis religionis, voti, aut cuiuſuis deuotionis. Si quis autem clericus cuiuſcumque ſit gradus, & ordinis poſt hac permiſerit huiuſmodi vigilias in ipſorum ecclesijs, cœmiterijs, aut domibus agi, vltra excommunicationis ſententiam; quã volumus illum incurrere ipſo facto, condemnamus eum in decem ſcutis. Non prohibemus tamen, quin Chriſtianus quiſque domi ſuæ vigilet, & oret, imo omnes hortamur cum Petro Apoſtolo, vt ſobrij ſint, & vigilent. Prædictis pœnis ſubiaceant, qui Chriſti paſſionem auſi fuerint abſq; noſtra licentia agere, vel alicuius Diui vitam repræſentare, vel hæc permiſerint nobis inſcijs, & non probantibus.

De Sequeſtris. Cap. XXXVII.

SEqueſtra de cœtero non concedantur, niſi creditor per Inſtrumentum publicum, vel priuatam ſcripturam manu ſaltem debitoris ſubſcriptam fidem fecerit, & domicilium in præſenti Ciuitate elegerit, ita autem obtenta fideiuſſori promittenti de ſtando, & parendo iuri, & de re ſequeſtrata exhibenda relaxentur, exceptis rei iudicatæ cauſa factis. Si ſecus impetrata fuerint, etiam ſine fideiuſſionis præſtatione relaxari poſſe volumus.

De Ludimagiſtris, & pædagogis.
Cap. XXXVIII.

VAlde refert, quibus moribus, & inſtitutis puerorum, & adoleſcentũ ætas tenera imbuatur, quæ maxime tenax eſſe conſueuit earum rerum, quas rudibus adhuc annis imbibit. Nos igitur optantes in vniuerſa Repu. Ticinenſi vigere mores maximè politicos, & Chriſtiano nomine dignos, multa præcepta dedimus parentibus, multa parochis præcepimus, quibus facile fore iudicauimus, adoleſcentum ætatem in bonis artibus, & chriſtiana diſciplina poſſe contineri. Verum quia pleriq; parentes ita liberos ſuos interdum negligunt (quibus tamen nihil ipſis charius eſſe deberet, vel præcioſus) vt eorum curam omnem in pedagogos, & ludimagiſtros reijciant. Nos ſcientes quantopere ludimagiſtri, vel pedagogi poſſint adoleſcentum profectibus prodeſſe, vel obeſſe, hortamur omnes parentes, vt ſtudeant liberis ſuis inſtitutores parare quam optimos, & non ſuſpectos hæreſis, vel alterius flagitij, qui vnà cum bonis literis ſatagant etiam eorum filios chriſtianis diſciplinis, & Catholica doctrina imbuere, & qui à flagitijs, & petulantia iuuentutem cohibere poſſint. Mandamus etiam omnibus ludimagiſtris tam publicis, quàm priuatis, vt non audeant eorum diſcipulis ſeu auditoribus proponere libros impudicos, vel obſcœnos, vel qualibet ex cauſa prohibitos. Nullus autem audeat in vrbe, vel diœceſi Ticinenſi publice ludum aperire, niſi prius ſe nobis, aut

Vicario noſtro præſentauerit, & approbationem obtinuerit. Nullus etiam cuiuſcunque ſit conditionis, etiam ſi ſacerdos fuerit, audeat vti eccleſia pro ſchola puerorũ, cum plerumque ſoleant à pueris multa fieri loco ſacrato indigna. Qui contra prædicta fecerit, graues pęnas ſubibit arbitrio noſtro imponẽdas.

De Excommunicatione.
Cap. XXXIX.

EXcommunicatio eſt neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ, gladius, quem Prælati eccleſiaſtici ſtringunt contra rebelles, & pœna, qua nulla atrocior poteſt excogitari, & neceſſarium ſanè fuit, vt Chriſtus, qui regnum ſuum dixit non eſſe de hoc mundo, qui Apoſtolos, & Apoſtolorum ſucceſſores non armis inſtruxit, neque vlla militari potentia, ſed eos miſit tanquam agnos inter lupos, ſuum principatum eccleſiaſticum aliquo vallauerit munimine, quod ſeculari potentiæ terrorem incuteret. Hinc eſt, quòd Principes, Duces, Reges, atque adeò Imperatores, vel inuiti coguntur piſcatoribus colla ſubdere. Sciunt enim illis traditam à Chriſto poteſtatem Cœlum aperiendi, & claudendi hominibus. Norunt eos fore maledictos, quibus illi maledixerint, & eos benedicendos à Deo, quibus illi benedixerint. Paulus cum inceſtuoſum Corinthium hoc gladio percuſſet, ſtatim à ſatana correptum omnes viderunt. Nunc verò, & ſi excommunicatos non videmus illico expirare, vel à dœmonibus arripi, dubitandũ tamen non eſt, quĩ Chriſtus aſſiſtat

ſuæ

ſuæ eccleſiæ eos qui legitime excommunicatione percelluntur, & morti æternæ eſſe obnoxios, quandiu in pertinatia perſtiterint, & in diaboli poteſtate eſſe, qui excommunicatis vtitur, vt ruſticus ſuo iumento. Nihil igitur erit, quod magis ſubditos in metu contineat, & efficiat, vt obedientia debita Prælatos eccleſiaſticos proſequantur, quàm ſi ſacri concionatores, & parochi populis ſubinde inculcabunt poteſtatem ipſis Prælatis etiam diſcolis canonicè tamen promotis diuinitus traditã. Ex quo fiet, vt ſchiſmata, & hæreſes vitentur, quæ hinc potiſſimum exoriuntur authore Cypriano, quia Chriſti miniſtris debitus honos, & fides non habetur. Vt igitur parochi in promptu habeant quid ſuas plebes edoceant de huiuſmodi materia, operæ pretium fuerit petere à bonis, & approbatis authoribus mala, quibus excommunicati inuoluuntur, & bona, quibus iidem priuantur. Ne verò vel condemnent abſoluendos, vel abſoluant ligandos, nouerint Sacerdotes confeſſarij fines ſuæ auctoritatis, quos nullo modo tranſgredi audeant. Sciant quos caſus ſibi Summus Pontifex reſeruet, & quos Epiſcopus. Quãquam Epiſcopi maximè auctoritate ipſis attributa in Concilio Tridentino poſſunt abſoluere noxios in multis caſibus Papalibus præcipuè in delictis occultis, & in foro conſcientiæ. Curauimus etiam hic imprimi caſus Epiſcopales, ne vllis Sacerdotibus confeſſarijs ſint ignoti.

Cap. XXXX.

Liceat Epiſcopis in irregularitatibus omnibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenienti- Seſſ. 24 cap. 6.

nem huiuſmodi, ac diſpenſandi facultatem nob is reſeruamus, ſalua tamen ſemper Sedis Apoſtolicæ, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ auctoritate, cuius obedientiæ, & iuditio quæcunque à nobis in his noſtris Conſtitutionibus ſtatuta ſunt, ſubiacere expreſsè, & reuerenter proteſtamur, & volumus.

Quæ Conſtitutiones habere, & legere teneantur. Cap. XXXI.

ET quia ſuperius ſtatuimus, vt omnes Præpoſiti, Rectores, ac quicumquè alij Eccleſiarum parochialium Adminiſtratores, & Parochi harum Conſtitutionum librum penes ſe habere teneantur, mandamus autem omnibus, & ſingulis prædictis, vt ſæpe illas perlegere, & obſeruare debeant, capita verò & præcepta, ſeu ſtatuta omnia, quæ ad laicos pertinent infra annum ſaltem ſingulo ſemeſtri, ſingulis verò ſequentibus annis ſemel ſaltem populis ſibi commiſſis (nonnullis caſibus exceptis, quos ſæpius inculcandos eſſe præcipimus) ita legant, & declarent, vt nulla ignorãtiæ excuſatione ſe defendere poſſint, quoties quis in hoc defecerit, toties in ſcutis quinque mulctetur, & alia grauiori pœna plectatur.

De Blaſphemia. Cap. XXXII.

A Deo impijs, & grauibus ſceleribus impliciti ſunt hodie homines, vt etiam Deum, Beatam Virginem, ac Sanctos blaſphemare non vereantur, licet

in

in lege veteri ſcriptum habeant, blaſphemos lapidibus ab vniuerſo populo oppreſſos fuiſſe, Nullum enim eſt tam graue crimen, quo magis Deus creator offendatur, quam blaſphemia, hinc nonnulli, blaſphemos iudæis deteriores vocarunt. Non ſunt ergo huiuſmodi generis homines impune ferendi, ſed grauiter, & acerrimè caſtigandi. Si quis ergo tam impudens, & impius fuerit, qui Deum, Glorioſam Virginem, ac Sanctos blaſphemare, vel maledicere, aut aliàs contumelioſis, vel obſcœnis verbis afficere auſus fuerit, ſiue clericus, ſiue laicus pœnis à ſacris Canonibus, Pontificum decretis, & maximè à Leone Decimo in Lateranenſi Concilio præſcriptis ſubiaceat, cuius decretum hic apponi mandauimus, vt vnuſquiſque pœnam contra blaſphemos ſtatutam ſciens, & illius timore ſi non omnipotentis Dei amore, ab huiuſmodi grauiſſimo ſcelere linguam, ac cor refrenare diſcat, & impellat.

Cap. XXXIII.

QVicunque Deo palàm, ſeu publicè maledixerit, contumelioſiſque, ac obſcœnis verbis Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vel glorioſam Virginem Mariam eius genitricem expreſsè blaſphemauerit, ſi munus publicum iuriſdictionemque geſſerit, perdat emolumenta trium menſium, pro prima & ſecunda vice, dicti officij. Si tertio deliquerit, illo eo ipſo priuatus exiſtat. Si clericus, vel ſacerdos fuerit eo ipſo quod de delicto huiuſmodi fuerit conuictus, etiã beneficiorum quæcumque habuerit fructibus appli-

candis, vt infra, vnius anni mulctetur, & hoc ſit pro prima vice, qua blasphemus ita deliquerit; pro ſecunda verò ſi ita deliquerit, & conuictus, vt præfertur, fuerit, ſi vnicum habuerit beneficium, eo priuetur; ſi autem plura, quod Ordinarius maluerit, id amittere cogatur; quod ſi tertio eius ſceleris arguatur, & conuincatur, dignitatibus, ac beneficijs omnibus, quæcumque habuerit, eo ipſo priuatus exiſtat, ad eaque vlterius retinenda inhabilis reddatur, eaque libere impetrari, & conferri poſſint. Laicus verò blasphemans, ſi nobilis fuerit pæna xxv. ducatorũ mulctetur, &pro ſecũda vice quinquaginta fabricæ baſilicæ Principis Apoſtolorum de vrbe applicandorum, & alijs vt infra deducitur; pro tertia verò Nobilitatem perdat. Si vero ignobilis, ac plebeius fuerit, in carcerem detrudatur. Quod ſi vltra duas vices publice blaſphemans depræhenſus fuerit mitra infami per integrum diem ante fores Eccleſiæ principalis mitratus ſtare cogatur. Si vero pluries in hoc ipſum peccatum lapſus fuerit, ad perpetuos carceres, vel ad triremes damnetur, ad iudicis deputati arbitrium. In foro autem conſcientiæ nemo blaſphemiæ reus abſq; grauiſſima pœnitentia ſeueri confeſſoris arbitrio iniuncta poſſit abſolui, qui verò ſanctos reliquos blaſphemauerit arbitrio iudicis rationem perſonarum habituri mitius aliquanto puniri volumus. Statuimus etiam, vt ſeculares iudices, qui contra tales blaſphemiæ conuictos non animaduerterint, eoſq; iuſtis pœnis minime affecerint, quantum in eis fuerit, quaſi eidem ſceleri obnoxij, eiſdem quoque pœnis ſubijciantur. Qui verò in illis inqui-

quirendis, punienduſque diligentes, & ſeueri fuerint, pro qualibet vice, decem annorum indulgentiam conſequantur, & tertiam partem mulctæ pecuniariæ habeant. Quicunque verò blaſphemantem audierint, eum verbis acriter obiurgare teneantur, ſi citra periculum ſuum id fieri poſſe continget, eundemque deferre, vel notificare apud Iudicem Eccleſiaſticum, ſeu ſecularem intra triduum debeant. Quod ſi plures dictum blaſphemãtem ſimul audiuerint, ſinguli eum accuſare teneantur, niſi forte omnes conuenerint, vt vnus pro cunctis tali fungatur officio. Quos omnes in virtute Sanctæ obedientiæ hortamur, & monemus in domino, vt pro diuini nominis honore, ac reuerentia in ſuis dominijs, ac terris præmiſſa omnia ſeruari, & exactiſſime exequi mandent, ac faciant vberrimam ab ipſo Deo tam boni, ac pij operis mercedem habituri: ſimilemque annorum decem indulgentiam ab Apoſtolica Sede conſecuturi cum tertia parte mulctæ, qua dictus blaſphemus plectetur, quotiens tale ſcelus puniendum curauerint, quam quidem Indulgentiam, & reliquam tertiam mulctæ partem accuſatori blaſphemi nomen deferenti ſimiliter concedi, & aſſignari volumus, alijs pœnis contra huiuſmodi blaſphemos per ſacros Canones expreſſis nihilominus in ſuo robore manentibus.

ADDITIO AD CAP. XXXII.

¶ Graue adeò, deteſtabileq; ſcèlus eſt blaſphemia, vt placuerit etiam Sanctiſſimo viro Pio Quinto Pontif. Max. vo-

nam in hac materia edere Conſtitutionem, quam, vt iccircò omnibus innoteſcat, & ſeruetur, hic edi curauimus.

Copia Bullæ Pij V. contra blaſphemantes.

AD abolendum verò nefarium, & execrabile blaſphemiæ ſcelus, quod in antiqua lege Deus morte puniri mãdat, & Imperialibus quoque legibus receptum eſt; nunc autem propter nimiam Iudicum in puniendo ſegnitiem, vel potius deſuetudinem ſupra modum inualuit, Leonis prædeceſſoris noſtri in nouiſſimo Lateranenſi Concilio ſtatuta innouantes; Decernimus, vt quicunque laicus Deum, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & glorioſam Virginem Mariam eius genitricem expreſſè blaſfemauerit, pro prima vice pœnam 25. ducatorum incurrat, pro ſecunda pena duplicabitur, pro tertia autem centum ducatos ſoluet, & ignominia notatus exilio mulctabitur; qui verò plebeus fuerit, nec erit ſoluendo pro prima vice manibus poſt terga ligatis ante fores Eccleſiæ conſtituetur per diem integrum, pro ſecunda fuſtigabitur per Vrbem, pro tertia lingua eius perforabitur, & mittetur ad triremes; quicũq; clericus in hoc blaſphemiæ crimen incurrerit, pro prima vice fructibus vnius anni omnium, & quorumcumq; beneficiorum ſuorum, pro ſecunda beneſſicijs ipſis priuetur, pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur; quod ſi clericus nullum obtinuerit beneſſicium pro peccuniaria, vel corporali pro prima vice puniatur, pro ſecunda carceribus mancipetur, pro tertia verbaliter degradetur, & ad triremes mittatur, qui reliquos Sanctos blaſfemauerit pro qualitate blaſphemiæ, atq; perſonæ arbitrio Iudicis puniatur.

Si quis crimen nefandum contra naturam, propter quod ira

Dei venit in filios diffidentiæ perpetrauerit, curiæ ſeculari puniendus traddatur; & ſi clericus fuerit, omnibus ordinibus degradatus ſimili pœna ſubijciatur; monemus præterea omnes locorum ordinarios, & in virtute Sanctæ obedientiæ eis præcipimus, vt ſtatuta Tridentini Concilij contra concubinarios tam clericos, quàm laicos à dicta diſtrictè faciant obſeruari reddituri Deo, ac nobis ſi id omiſſerint, rationem.

Et vt præmiſſorum delictorum ſimoniæ, blaſphemiæ, ac ſtupri neffandi notitia facilius habeatur; volumus quod in ſingulis caſibus non ſolùm per accuſationem, & inquiſitionem, ſed etiam ad ſimplicem, & ſecretam denunciationem procedatur per quoſcumq; Iudices, alias tamen de iure competentes, tam ratione delicti, quam perſonarum, ita quod inter eos locus ſit præuentioni.

Monemus preterea omnes, & ſingulos, vt ſolùm Dei timorem præ oculis habentes, & non alia animi praua affectione ducti culpabiles tantum defferant, innocentes non vexent; quòd ſi aliqui ex calumnia aliquos denuntiaſſe comperti fuerint, eos ad pœnam talionis teneri volumus, & mandamus; Mulctæ autem peccuniariæ applicabuntur pro duabus partibus locis pijs arbitrio noſtro in Vrbe, extra vero ordinariorum, pro tertia accuſatori, qui delinquentes detulerit; Mandamus autem Principibus, Comitibus, & Baronibus omnibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Feudatarijs ſub pœna priuationis Feudorum, quæ ab ipſa Eccleſia Romana obtinent, reliquos vero Principes Chriſtianos, & terrarum dominos hortamur in Domino, & in virtute Sanctæ Obedientiæ mandamus, vt pro diuini nominis reuerentia, & honore præmiſſa omnia in ſuis dominijs, ac terris exactiſſime ſeruari faciant, vberrimam ab ipſo Deo mercedem tam boni operis recepturi; nõ obſtãtibus quibuſcunq; cõſtitutionibus,

ſiue laicus aliquid ex prædictis criminibus commiſſerit graues à iure, & Pontificum decretis impoſitas pœnas, & alias nobis arbitrarias iuxta qualitatem,& quãtitatem delicti,& criminum delinquentis ſubire cogatur. Conſulentes verò, ſeu quomodocunque cum illis participantes pariter à nobis grauiter punientur.

Modus conuocandi Capituli in Cathedrali, & Collegiatis Eccleſijs.

Cap. XXXV.

CVM multa ſæpe in Capitulis pro cuiuſcunque Eccleſiæ vtilitate, & decore pertractanda contingant, æquum,& congruum eſſe videtur, vt ſæpe Capitulum tam in eccleſia noſtra Cathedrali, quàm in Collegiatis conuocetur, ſtatuimus ergo, & decernimus, vt ſingula hebdomada feria ſexta Eccleſiæ noſtræ maioris Capitulũ congregetur,in Collegiatis verò ſingulo ſaltẽ menſe,modo dies feſtus nõ ſit,quo caſu in aliũ diẽ nõ feſtũ differatur,nũquã tamen hora,qua diuina in choro celebrantur, conuocetur, niſi res aliqua inciderit, quæ dilationem pati non poſſit, tunc enim & die feſto, & tempore celebrationis diuinorum ex cauſa neceſſaria conuocari poſſe permittimus, ſi ſecus factum fuerit, amittant Canonici diſtributiones omnes illius diei, & vbi non eſſent diſtributiones, ſoluant ſinguli ſolidos decem. Aduertant autem omnes, quibus capitulum conuocandi munus ſpectat, quicumq; illi ſint, & quacumque fulgeant dignitate, ſi in mane conuocandum erit, die præcedenti, ſi verò in veſpe-

ris in mane ſaltem eiuſdem diei Canonicos moneri faceere, teneanturque omnes moniti, quibus in Ciuitate, vel alibi, vbi conuocandum erit Capitulum, eſſe contigerit legitimo ceſſante impedimento, omnino ad locum ſolitum accedere, Capituloq; intereſſe, indeque non tecedere, niſi tractatis, & diſcuſſis omnibus tractandis, & diſcutiendis ſub pœna ſolidorum viginti pro ſingulo, quæ pœna omnino exigatur ſuper diſtributionibus quotidianis, vel aliunde, vbi commodius fieri poterit, & inter reſidentes pro rata notæ diuidatur, hinc mandamus pũctatoribus, vt diligentem de prædictis rationem teneant, camerarijs verò, vt prædictam pœnam exigant, exactamque vtſupra diuidant ſub pœna dupli: Meminerint autem omnes iuxta ordinem ſuo loco ſedere, proponere, & loqui, & tam in proponendo, & loquendo, quàm in contradicendo modeſtè, & grauiter ſe gerere, iurgiaque, & indecentes contentiones omnino euitare, aliàs per annum ab ingreſſu capituli remoueantur, & grauius etiàm puniantur. In terminandis autem quibuſcumque negotijs dentur ſemper vota ſecreta cum buſſolis (vt aiunt,) & ballottis, vt liberius quilibet poſtpoſitis humanis affectibus circa negotium propoſitum iuxta iuditij, & conſcientiæ ſuæ dictamen pro eccleſiæ vtilitate, & decore ſententiam ſuam promere poſſit. Quod ſi ſeruatum non fuerit ex nunc quicquid in iilo capitulo terminatum fuerit, irritum & nullum eſſe decernimus.

ADDITIO AD CAP. XXXII.

¶ Vt non in terminandis modò, ſed & in proponendis etiã maximis rebus palàm, & aperte vnuſquiſque, ac pro dignitate conſilium ſuum in capitulo explicare magis poſſit, decernimus, primo, vt illi, de quorum intereſſe agitur, non expectata iuſſione ſub pœna nobis arbitraria e capitulo exeant; ſecundo, quod eorum nemo, qui interuenerint tractata, & deciſa in capitulo ſub pœna à nobis arbitraria reuelare audeant; tertio non fiãt conuenticula ſuper rebus agendis, & pertractandis in capitulo antequam fiat capitulum ſub pœna excommunicationis; quarto teneatur liber in capitulo, in quo deſcribantur acta, & deciſa per capitulum.

Probibentur vigiliæ, & repræſentationes paſſionis Chriſti, aut Sanctorum. Cap. XXXVI.

Vigiliarum vſum antiquitus valdè laudatum legimus à patribus, nempe cum adeò feruebat charitas in Chriſtianorum animis, vt eos omnes non tæderet antelucanos pſalmos publice in eccleſijs canere, & maiorem partem noctis conſumere audiendo verbo diuino, & miniſtri eccleſiaſtici vigilantiſſime in ſuis officijs die noctuque miniſtrabant, & debitus honos, ac reuerentia ſacratis locis habebatur. Nunc verò, & multi abuſus, qui manifeſtiſſimè in his vigilijs admittuntur, & Chriſtianorum frigus faciunt, vt in

præſentia ſit damnandum, quod aliàs fuit commendatione digniſſimum. Mandamus igitur ſub excommunicationis pœna omnibus Chriſtifidelibus nobis ſubditis, ne audeant in eccleſijs, ſeu cœmiterijs nocte excubare ſub prætextu cuiuſuis religionis, voti, aut cuiuſuis deuotionis. Si quis autem clericus cuiuſcumque ſit gradus, & ordinis poſt hac permiſerit huiuſmodi vigilias in ipſorum eccleſijs, cœmiterijs, aut domibus agi, vltra excommunicationis ſententiam, quã volumus illum incurrere ipſo facto, condemnamus eum in decem ſcutis. Non prohibemus tamen, quin Chriſtianus quiſque domi ſuæ vigilet, & oret, imo omnes hortamur cum Petro Apoſtolo, vt ſobrij ſint, & vigilent. Prædictis pœnis ſubiaceant, qui Chriſti paſſionem auſi fuerint abſq; noſtra licentia agere, vel alicuius Diui vitam repræſentare, vel hæc permiſerint nobis inſcijs, & non probantibus.

De Sequeſtris. Cap. XXXVII.

SEqueſtra de cœtero non concedantur, niſi creditor per Inſtrumentum publicum, vel priuatam ſcripturam manu ſaltem debitoris ſubſcriptam fidem fecerit, & domicilium in præſenti Ciuitate elegerit, ita autem obtenta: fideiuſſori promittenti de ſtando, & parendo iuri, & de re ſequeſtrata exhibenda relaxentur, exceptis rei iudicatæ cauſa factis. Si ſecus impetrata fuerint, etiam ſine fideiuſſionis præſtatione relaxari poſſe volumus.

De

De Ludimagiſtris, & pædagogis. *Cap. XXXVIII.*

VAlde refert, quibus moribus, & inſtitutis puerorum, & adoleſcentũ ætas tenera imbuatur, quæ maxime tenax eſſe conſueuit earum rerum, quas rudibus adhuc annis imbibit. Nos igitur optantes in vniuerſa Repu. Ticinenſi vigere mores maximè politicos, & Chriſtiano nomine dignos, multa præcepta dedimus parentibus, multa parochis præcepimus, quibus facile fore iudicauimus, adoleſcentum ætatem in bonis artibus, & chriſtiana diſciplina poſſe contineri. Verum quia pleriq; parentes ita liberos ſuos interdum negligunt (quibus tamen nihil ipſis charius eſſe deberet, vel preciosius) vt eorum curam omnem in pedagogos, & ludimagiſtros reijciant. Nos ſcientes quantopere ludimagiſtri, vel pedagogi poſſint adoleſcentum profectibus prodeſſe, vel obeſſe, hortamur omnes parentes, vt ſtudeant liberis ſuis inſtitutores parare quam optimos, & non ſuſpectos hæreſis, vel alterius flagitij, qui vnà cum bonis literis ſatagant etiam eorum filios chriſtianis diſciplinis, & Catholica doctrina imbuere, & qui à flagitijs, & petulantia iuuentutem cohibere poſſint. Mandamus etiam omnibus ludimagiſtris tam publicis, quàm priuatis, vt non audeant eorum diſcipulis ſeu auditoribus proponere libros impudicos, vel obſcœnos, vel qualibet ex cauſa prohibitos. Nullus autem audeat in vrbe, vel diœceſi Ticinenſi publice ludum aperire, niſi prius ſe nobis, aut

Vicario noſtro præſentauerit, & approbationem obtinuerit. Nullus etiam cuiuſcunque ſit conditionis, etiam ſi ſacerdos fuerit, audeat vti eccleſia pro ſchola puerorũ, cum plerumque ſoleant à pueris multa fieri loco ſacrato indigna. Qui contra prædicta fecerit, graues pęnas ſubibit arbitrio noſtro imponẽdas.

De Excommunicatione.
Cap. XXXIX.

EXcommunicatio eſt neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ, gladius, quem Prælati eccleſiaſtici ſtringunt contra rebelles, & pœna, qua nulla atrocior poteſt excogitari, & neceſſarium ſanè fuit, vt Chriſtus, qui regnum ſuum dixit non eſſe de hoc mundo, qui Apoſtolos, & Apoſtolorum ſucceſſores non armis inſtruxit, neque vlla militari potentia, ſed eos miſit tanquam agnos inter lupos, ſuum principatum eccleſiaſticum aliquo vallauerit munimine, quod ſeculari potentiæ terrorem incuteret. Hinc eſt, quòd Principes, Duces, Reges, atque adeò Imperatores, vel inuiti coguntur piſcatoribus colla ſubdere. Sciunt enim illis traditam à Chriſto poteſtatem Cœlum aperiendi, & claudendi hominibus. Norunt eos fore maledictos, quibus illi maledixerint, & eos benedicendos à Deo, quibus illi benedixerint. Paulus cum inceſtuoſum Corinthium hoc gladio percuſſet, ſtatim à ſatana correptum omnes viderunt. Nunc verò, & ſi excommunicatos non videmus illicò expirare, vel à dœmonibus arripi, dubitandũ tamen non eſt, quĩ Chriſtus aſſiſtat

ſuæ

ſuæ eccleſiæ eos qui legitime excommunicatione percelluntur; & morti æternæ eſſe obnoxios, quandiu in pertinatia perſtiterint, & in diaboli poteſtate eſſe, qui excommunicatis vtitur, vt ruſticus ſuo iumento. Nihil igitur erit, quod magis ſubditos in metu contineat, & efficiat, vt obedientia debita Prælatos eccleſiaſticos proſequantur, quàm ſi ſacri concionatores, & parochi populis ſubinde inculcabunt poteſtatem ipſis Prælatis etiam diſcolis canonicè tamen promotis diuinitus traditã. Ex quo fiet, vt ſchiſmata, & hæreſes vitentur, quæ hinc potiſſimum exoriuntur authore Cypriano, quia Chriſti miniſtris debitus honos, & fides non habetur. Vt igitur parochi in promptu habeant quid ſuas plebes edoceant de huiuſmodi materia, operæ pretium fuerit petere à bonis, & approbatis authoribus mala, quibus excommunicati inuoluuntur, & bona, quibus iidem priuantur. Ne verò vel condemnent abſoluendos, vel abſoluant ligandos, nouerint Sacerdotes confeſſarij fines ſuæ auctoritatis, quos nullo modo tranſgredi audeant. Sciant quos caſus ſibi Summus Pontifex reſeruet, & quos Epiſcopus. Quãquam Epiſcopi maximè auctoritate ipſis attributa in Concilio Tridentino poſſunt abſoluere noxios in multis caſibus Papalibus præcipuè in delictis occultis, & in foro conſcientiæ. Curauimus etiam hic imprimi caſus Epiſcopales, ne vllis Sacerdotibus confeſſarijs ſint ignoti.

Cap. XXXX.

Liceat Epiſcopis in irregularitatibus omnibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenienti- Seſſ. 14 cap. 6.

bus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentioſum, diſpenſare, & in quibuſcumque caſibus occultis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, delinquentes quoſcumque ſibi ſubditos in diœceſi ſua per ſe ipſos, aut Vicarium ad id ſpecialiter deputandum, in foro conſcientiæ gratis abſoluere, impoſita pœnitentia ſalutari. Idem & in hæreſis crimine in eodem foro conſcientiæ eis tantùm, non eorum Vicarijs, ſit permiſſum.

SECVNDAE CONSTITVTIONES

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Hippolyti de Rubeis Epiſcopi Papien. & Comitis,

Conditæ in Synodo addendæ prioribus Conſtitutionibus.

Cum additionibus factis in Synodo Diœceſana anno currenti 1612. celebrata per Illuſtriſs. & Reuerendiſs.

D. D. IO. BAPTISTAM BILIVM, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſc. Papienſ. & Com. &c.

QVIA poſt noſtras Conſtitutiones tàm in Synodo æditas, quàm poſt Synodum per nos promulgatas, cognouimus in hac Vrbe, & Diœceſi noſtra nonnulla eſſe, quibus prouiſum plenè non fuit, quæ tamen ferenda non ſunt, imò Conſtitutiones, prouiſionesq; proprias deſiderant: Hinc eſt quod alias quoq; Conſtitutiones in hac Diœceſana Synodo promulgare ſtatuimus, quas imprimi, eodemq; volumine cum antiquioribus colligari, & à Clericis noſtris haberi, & legi, & obſeruari, cuſtodiriq; iubemus.

NON poſſit quis Presbyter, dum laicis Sanctiſſimam Euchariſtiam communicat, in calice ſacrato vinum poſt communionem laicis propinare, ne laici idiotæ ſibi perſuadeant ſe ſanguinem D. N. IESV CHRISTI ſumere, & ne ſacras res hoc modo contrectent, ſed in aliquo vaſe vitreo id miniſtrent, ſub pœna aurei vnius pro qualibet vice, qua cõtrafecerint.

CVM Baptiſmi Sacramentum iterari nefas ſit, propterea non immeritò Cathechiſmi liber admonuit Parochos, cum infans ad eos baptizandus defertur, debere in primis cautè interrogare an debita materia adhibita, formaq; in baptizando infante ſeruata ſit: quæ ſi ſeruata inuenerint, licèt reliquæ cerimoniæ omiſſę fuerint, quod omiſſum fuerit ſupplebunt, quod verò ſemel actum fuerit, ne repetant, niſi ſacrilegium committere, & in notam irregularitatis incurrere velint, illa etenim adiunctio, quæ pleriſq; in vſu eſt, videlicet, ſi baptizatus es, te iterum non baptizo, ſi vero nundum baptizatus es, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen, in illis tm̃ permittitur, de quibus, re diligenter perquiſita, dubium relinquitur an Baptiſmum ritè ſuſceperint, aliter verò nunquam fas eſt etiam cum adiunctione Baptiſmum iterum adminiſtrare.

PRÆCIPIMVS verò omnibus, & ſingulis Ciuitatis, & Diœceſis noſtræ Parochis, reliquoſq; Clericos hortamur, vt omninò ſupraſcriptum Cathechiſmi librum penes ſe habeant, legantq;, & diligenter, quæ in eo tradita ſunt addiſcant, in eiſq; ſe inſtruant, nam & in viſitationibus per Nos, & Vicarios noſtros facien-

faciendis, & in examinibus, quibus parochiales Eccleſiæ conferentur, hoc inter cœtera explorabimus, an eum librum habeant, & an de contentis in eo interrogati reſpondere ſciant.

CVM indecens videatur ſacras, & ſacramentales res prophanis vſibus immiſceri, propterea in Baptiſmatis Sacramento conferendo in aquæ benedictione non plus ſalis exorcizari, benediciq; volumus, quã ei actui neceſſarium ſit; Ac ſi fortè quid ſalis ei actui ſuperfuerit, illud in aquam benedictam proici volumus, idq; ſub pœna aureorum duorum pro qualibet vice, qua contrauentum fuerit.

ADDITIO Ad §. cum indecens.

¶ *Cum indecorum ſit Sale iam benedicto ad proprios vſus vti, ideo ſub arbitraria nobis pœna omninò prohibemus, aliquem non modo Sale iam benedicto, ſed nec ea etiam parte Salis, quæ vltra benedictum ſupererit, quoquo modo vti aut frui.*

QVAMVIS omnibus Confirmationis Sacramentum poſt Baptiſmum poſſe adminiſtrari receptũ ſit, minus tamen hoc fieri expedit antequam pueri rationis vſum habuerint, vt ſaltem ad ſeptimum vſque annum diferendum videatur, quod Cathecıſmi etiam liber diſertiſſimè exarauit. Propterea non debeat quis ad hoc ſacramentum accipiendum nobis ſiſti, qui eam ſeptennij ætatem non exceſſerit.

CVRENT Sacerdotes Parochi Extremæ Vnctionis Sacramentum infirmis eo tempore miniſtrare, quo

ſenſus adhuc in ipſis infirmis vigent. Quare ſolicitos, cautosq; eos eſſe oportet, vt infirmos inducāt, quo opor tunè hoc Sacramentum petant, neque in id tempus differant, quo iam amplius petere, ac percipere non poſſint quid agatur, quod ſi admiſerint grauiſſimè ſe peccaſſe ſciant, vt etiā eodē libro Cathechiſmi edocemur.

VT ſeruari inuiolabiliter poſſit Decretum de Inuentario conficiendo de bonis eccleſiaſticis, ſtatuimus, vt ne quis alicuius beneficij poſſeſſionem capiat, niſi is in manibus noſtris, vel Vicarij noſtri promittat ſe intra terminum in dicta Conſtitutione præfixum delaturum inuentarium, ſub certa pœna iuxta diſpoſitionem dicti Decreti, quod Decretum hac noſtra (quatenus opus ſit) & non aliter, innouamus, & ſeruari, cuſtodiriq; mandamus.

CONGRVIT vt qui ſuum debitumq; Eccleſiæ obſequium non præſtant ipſi inuicem Eccleſiæ illius commodis, priuilegijsq; non perfruantur. Propterea ſtatuimus, vt quis poſthac in Eccleſia ſua perſonaliter non reſederit, vel qui in eo ordine non fuerit, quem ea præbenda deſiderat, quam optare voluerit, non admittatur ad cōmodum vllum optionis faciendæ, etiam vbi ſtatutum, vel conſuetudo aliqua optandi in ea Eccleſia vigeret, cui quo ad hunc effectum in hac parte, omnino conſuetudini, & ſtatuto derogamus, derogatumq; volumus. Et ſi quis auſus fuerit huic noſtræ conſtitutioni minimè obedire, omnino talem optionem irritam eſſe declaramus.

PROHIBEMVS pariter eos, qui non reſederint, vel in loco eius Eccleſiæ, de cuius negocio tracta-

bitur capitularibus ipſius negociis intereſſe non conſueuerint, ne quicquam poſſint participare de laudemijs ex venditionibus faciendis rerum ad capitulum pertinentium: Verum eam portionem, quæ ad eiuſcemodi non reſidentes, vel non intereſſentes pertinuiſſet, ſi præſentes fuiſſent, beneficio Sacriſtiæ applicari volumus.

QVIA indecorum videtur Eccleſiam, ac domum DEI non continuè ſtatis horis laudes diuinas reſonare, idq; in locis, quibus à populo audiri poſſint, vt & ipſi populo maiori ſint ædificationi; Propterea ſtatuimus vt deinceps officia diuina quacunque in Eccleſia nobis ſubiecta, non alibi quam in ipſo Eccleſiæ Choro, celebrari debeant (ſub pœna arbitrio noſtro imponenda) Sacerdote Miſſæ Sacrum faciente, ac alijs ſacerdoti ipſi, & altari miniſtrantibus duntaxat exceptis, quibus permiſſum ſit ad altare Diuo dicatum, cuius feſtum ea die colitur celebrare.

Cum Sacroſancti Tridentini Concilij decreto officium reformatum, ac D. N. Pij P. V. iuſſu impreſſum, æditumq; ſit, nouumq; pariter Miſſale confectum, eadem authoritate in lucem prodierit: Propterea vt ipſi decreto, ac Conſtitutioni obtemperetur, inhærendo etiam edicto alias per nos in hac materia ædito, ac promulgato, ſtatuimus, vt quicunque Clericus ad dicendum officium obligatus teneatur ipſum nouum officium reformatum quotidie recitare ſub pœnis in Conſtitutionibus D. N. Papæ contentis, ac pœnis in Lateranenſi Concilio ſtatutis contra eos, qui munus ſuum dicēdi officij nō adimplerint. Et inſuper tenean-

tur Presbyteri, & Sacerdotes, qui Miſſale habere tenentur, quamprimum Miſſalium nuper æditorum venalis copia exierit, illud emere, ac iuxta eius præſcriptum Miſſam celebrare, ſub pœna, præter contentas in dicta conſtitutione deſuper ædita, arbitrio noſtro infligenda.

ADDITIO Ad §. cum Sacroſancti.

¶ Cum nuperime per olim recolen. memoriæ D. N. Clementem Pap. VIII. Miſſale, & efficium reffor mata fuerint ſub pœna hoc Ædicto contenta omnibus iniungimus, vt tale reffor-matum efficium atq; miſſale emere in peſterum debeant, ac iuxta eorum præſcriptum officium recitare, & rem Sacram cellebrare omnino teneantur.

QVAMVIS Propheta admoneat, excitetq; ad DEVM in chordis, & Organo, Pſalterio, & cythera laudandum, non id tamen ſic intelligendum eſt, vt paſſim omniq; tempore, loco, & actione Inſtrumentorum muſicorum cantilenæ adhiberi debeant; Immò non conuenit ſæpe vt vſui ſint, ex quo ad prophanos, ſordidosq; vſus translata iam ſunt. Quapropter nolumus vt tibiæ, buxus, viuolæ, Aleuthi, Cytheræ, aliaq; ſimilia Muſicæ Inſtrumenta, quibus in ſaltationibus, choreisq; ac alijs ſimilibus prophanarum rerum obſcænis actionibus, & ſpectaculis vti homines ſolent, in diuinorum officiorum celebratione permittantur, ſed nec in ſupplicationibus, quas Clerus, Populusq;, dum Sanctiſſima Euchariſtia in die Corporis ſanctiſſimi circunfertur,

cunfertur, procedendo celebrat, huiuſmodi Muſicam toleramus, aut concedimus.

LIBERALES piorum hominum oblationes, quæ ſacerdoti Parocho fiunt, alijuè ſacra Miſſæ facienti omni tempore in vſu, laudabiliq; obſeruatione in Eccleſia fuerunt, easq; hac tempeſtate etiam in Eccleſijs noſtris retinendas curamus, dum tamen omnis auaritiæ ſuſpitio à Clericis noſtris abijciatur, decoriq; eius, qui virum eccleſiaſticum decet, meta ſeruetur. Quapropter prohibemus omnino Sacerdotem dum Miſſæ ſacrificium facit, ne ab altari diſcedat, vt offerenti eleemoſinam Populo ſolicitus quodammodo, nimiumq; diligens quæſtor, obuiam procedat, ſed ipſi altari cum dignitate hærentem ad Populum conuerſum, quæ catholicus Populus elargiri voluerit, expectare, modeſteq; accipere conuenit. Prohibemusq; huiuſmodi oblationes alijs diebus, quàm feſtiuis, & mortuorum agendis fieri, vel his, qui Diuo eius Eccleſiæ, vel altaris Patrono dicati ſunt.

ADDITIO, Ad §. Liberales.

¶ Quoniam, quæ hoc continentur edicto, importunæ, & illiberales ellemoſinarum exactiones, non poſtulationes, & à turpi quæſtu non longe abeſſe à Sac. Conc. Tridentino exiſtimantur, & damnantur, iccirco inherentes, quæ hic enunciantur, ſub infraſcripta pena non modo confirmamus, ſed etiam ne tempore decantationis ſalutationis Angelicæ, & quo Sanctiſs. exponitur Eucharistiæ Sacramentum ellemoſina per Eccleſiam petatur arbitraria nobis pœna prohibemus; Ad fores Eccleſiæ quæſtuarios permittentes.

CON-

CONTINGIT non rarò in exequijs, quæ defunctorũ cadaueribus efferendis fiunt, turbas aliquas, diſcordesq; confuſiones oriri, non ſine graui populi ſcandalo, ac nonnulla clericorũ auaritiæ apud aliquos ſuſpitionę; quibus vt occurramus, ſtatuimus vt Præpoſitus ille, Rector, vel curator, cuius ſub cura exequias fieri contigerit, ſemper virum aliquem probum, ac modeſtum, (optaremuſq; eum potius laicum, quàm præsbyterum) deputet, diſcretumq; ac bonæ famæ, qui diſtribuendæ in exequijs ceræ onus, curamq; ſuſcipiat: is verò ceram ipſam ijs, quibus danda erit, diſtribuet, iuxta præſcribendum ſibi à Præpoſito, vel curatore ordinem, non ad ſui ipſius libitum, Qui rector, Curator, ac Præpoſitus ſciant niſi huiuſmodi deputationem fecerint, ſe omne emolumentum, quod ex dictis exequijs percipere potuiſſent, amiſſuros, ac præterea in pœnam dimidij aurei quacunque vice contrauenerint, incurſuros; quam pœnã pariter Primicerium Conſortij incurrere volumus, ſi prædicta nõ ſeruarit, vbi Conſortium ad exequias inuitatum fuerit, non ſecus ac quemuis Eccleſiæ Rectorem, vel Curatorem eandemq; pœnam, ſeu mulctam experientur omnes presbyteri, qui proprium locum deſerent, vt ad ceram accipiendam eant, ſeu qui ſoliciti erunt, vt indebitam ſibi cerę qualitatem procurent: hoc enim omnino ſeruari volumus, vt ceram de manu diſtributoris, iuxta ſupradicta capiant, à loco ſuo non diſcedentes, ſed in ordine ſuo tranſeuntes ante locum vnde funus duci inceperit.

DVPLAM tamen pœnam irrogari volumus Præpoſitis, Curatoribus, Rectoribus & primicerio Con-

ſortij,

ſortij, ſi ipſi qui alios regere debuerant hac cauſa à loco ſuo receſſerint, & ſi cõfeſtim poſt elatum funus nos non monuerint quinam Conſtitutioni noſtræ parum audientes fuerint, vbi ipſi id ſcierint.

PRAECIPIMVS etiam ipſi ceræ diſtributori, ne in ipſa inter Regulares diuidenda, vel quæ capitulo, aut Capellanis noſtræ Eccleſiæ Cathedralis danda erit, ſe intromittat. Qua de re onus Rectori, ſub cuius cura exequiæ fient, vt nos moneat imponimus: Capitulo enim ipſi cera à Manſionario noſtræ Eccleſiæ diuidetur, at Regularibus illi diſtribuent, quibus id prouinciæ ab hæredibus defunctorum fuerit demandata.

PROHIBEMVS quoque omnibus Clericis ne poſſint ad funera laicorum, & eorum pompam vti pallijs, alijsue rebus altaribus, cultuiuè diuino deſtinatis, ſub pœna quinque aureorum pro ſingula vice, qua contrauenerint, ſed habeant palium proprium, quod ad alium vſum, præter ſupradictum funeralium non ſit, vel hanc curam ornandi feretrum defunctorũ coniunctis, ſeu hæredibus, vel ſucceſſoribus omnino dimittãt.

EXISTVNT interdũ aliquæ Eccleſiaſticæ perſonæ Collegia, vel capitula, quę ſibi aliquod ius arrogẽt inſtituendi, vel confirmandi præſentatos à patronis ad beneficia eccleſiaſtica, & ſi fortaſſe nullo iure ſuffulti ſint, quo fit vt poteſtati ordinariæ interdũ detrahatur. Ea propter ſtatuimus ne in poſterum aliqua perſona, collegium, vel capitulum, aliauè vniuerſitas poſſit huiuſmodi prætenſum ius exercere, & præſentationes admittere, præſentatoſuè inſtituere, & confirmare, vel quouis modo prouidere, niſi intra ſex menſium

ſpatium

ſpatium à die publicationis huius conſtitutionis computandum nobis, vel Vicario noſtro fidem legitimè fecerit de huiuſmodi iure ſibi competenti, & niſi prætenſa Iurapatronatus, quæ præſentans ſibi ſpectare aſſerit, nobis, vel eidem Vicario noſtro Generali oſtenſa, approbataq; fuerint, alioquin huiuſcemodi præſentationes, admiſſiones, inſtitutiones, & confirmationes, omniaq; harum cauſa ſequuta irrita, nullaq; declaramus. Inſuper qui contra hæc fecerint, alias pœnas arbitrio noſtro infligendas non euadent.

VT ea, quæ in grauibus negotijs Eccleſiarum Capitularibus fiunt ſincere, candideq; procedant, atq; ab omnibus, quorum intereſt, cognoſci poſſint, ac iuxta negotij qualitatem approbari, vel reprobari, omnisq; fraus explodatur, ſtatuimus, vt cum pro collatione beneficiorum facienda, electione, optione, inſtitutione, ſeu confirmatione, aut alia quauis beneficiorum prouiſione, Capitulum congregandum erit, non ad cameras canonicæ tantùm citatio fiat, ſed etiam in loco habitationis conſuetæ ad domos habitationum ſuarum citationis eiuſmodi cedula in ſcriptis ibi ſigillatim dimiſſa; Abſentes verò non ſolum modo quo ſupra, ſed etiam edicto valuis Eccleſiæ affixo, & dimiſſo, cum termino competenti citentur: Cum verò pro alienatione vel perpetua, aut nouennij bonorum conceſſione, vel melioramentorum faciendorum, licentia danda, eorumuè collaudatione, aliauè cauſa graui Capitulum congregandum erit, omnino ad domos habitationum, etiam ſi in eo loco non ſint, vbi congregatio facienda erit, dummodo in Diœceſi ſint, citari volumus,

contra

contra hæc tentata omni prorſus effectu careant, & nulla, ac irrita ſint, perinde ac ſi nulla monitio, vel citatio capituli facta eſſet.

QVI cultui diuino ſe ſe addixerunt, eos congruit non ſolum culpa, vitioq; ſed etiam quauis culpæ, & vitij ſuſpitione vacare; omnemq; propterea occaſionem, & paleam remouere. Domi itaq; ſe continere noctu eos cum deceat, nec vagari, vt etiam his noſtris conſtitutionibus cautum eſt, eo fit vt etiam ſtatuendum ducamus, & ſtatuamus, vt domos collegiatarum Eccleſiarum, quas vulgo canonicas vocant, vnam tantum ianuam, ſeu oſtium habeant eaq; ianua, vel oſtium, ſaltem prima noctis hora obſeretur, & clauè bene claudatur, clauiſq; ipſa penes Præpoſitum, vel eo abſente, penes antiquiorem canonicum habentem vocem in capitulo, & in ordine ſuo conſtitutum totam noctem remaneat, ſub pœna aurei vnius ipſi Præpoſito, vel eo abſente antiquiori canonico vt ſupra, ſi ipſam ianuam in dicta hora non clauſerit, clauemq. caſtè cuſtodierit. Accurabunt canonici, & Capitulum vt omnino intra menſem à die publicatæ huius conſtitutionis, ceteræ omnes ianuæ, oſtia vel aditus, vno excepto, claudantur, ſub pœna aureorum decem, quam pœnam etiam ſentiet ille quicunque ianuam aliam, vel aditus facere, vel veterem aperire auſus fuerit.

EADEMQVE ratione ſtatuimus, vt nemo mulierem quamlibet etiam ſibi ſanguine coniunctam in canonicæ domo habere, alere, vel retinere poſſit nam etſi coniunctio ſanguinis non permittat aliquid mali ſuſpicari, quia tamen non omnes, qui eandem curiam

incolunt, ſeu canonicam, eodem vinculo tenentur, caſtitati noſtrorum temporum magis conuenire viſum eſt, vt quibus in Canonicis plures clerici ſimul inhabitant, omne mulierum commertium explodatur. Qui contra hæc facere auſus fuerit, pœna decem aureorum quacunque vice non paruerit, multatus eſto, niſi a nobis, vel Vicario noſtro licentiam in ſcriptis obtinuerint.

ITEM prohibemus expreſſe ne quis clericus poſſit cœnaculariam aliquam ſcolarium ad publica Gymnaſia accedentium, ſine noſtra expreſſa licentia, exercere, ideſt neque hoſpitium, quam dozenam vulgò, facere, neque cameras locare, ſub pœna arbitrio noſtro infligenda, niſi ipſi ſcolares ſint clerici, in habituq; clericali continue incedant.

STATVIMVS etiam ne quis clericus poſſit laico domos Eccleſiæ annexas, præsbyterorumq́; vſui deputatas alicui laicæ perſonæ locare, aliaſuè ad habitandum concedere, ſine noſtra, vel Vicarij noſtri licentia, ſub pœna priuationis cuiuſcunq; commodi, & emolumenti ex ipſa domo percipiendi ad tempus, arbitrio noſtro, vel Vicarij noſtri diffiniendum.

SI qui Apoſtatæ intra Ciuitatis, & vel Diœceſis noſtræ fines ſunt, hi poſt huius Decreti publicationem intra menſem teneantur litteras nobis exhibere, quibus innitantur vt extra Monaſterium ſibi liceat morari, quo non ſeruato, contra eos tamquam contra apoſtatas procedatur, & nulla eorum priuilegiorum ratio habeatur.

QVIA interdum facinoroſi homines ad eccleſias, ecclе-

eccleſiaſticaſuè domos, tamquam ad at aſyllum confugiunt, vt iuſtitiæ manus euadant, delictorumq; impunitatem conſequantur, ex quo commercio ipſi clerici hoſpites neutiquam meliores fiunt, atq; vtinam non deteriores: Ea ratione conſtituimus ne qua eccleſiaſtica perſona poſſit aliquem bānitum etiam à Principe ſæculari, exceptis his, qui à iure permittuntur ſcienter in domo ſua recipere, vel hoſpitari, ſub pœna decem aureorum pro qualibet vice, & maiori arbitrio noſtro in vſus pios applicanda.

ITEM ſi quis delicto aliquo à ſe commiſſo, ad eccleſiam, vel domum eccleſiaſticam, vel clerici alicuius hoſpitium confugerit, teneatur ille clericus, qui Eccleſiæ adminiſtrationem habuerit, vel ad cuius domum confugerit, ſeu hoſpitium, ſaltem die ſequenti ſi in ciuitate fuerint extra verò ciuitatem, termino tridui, habita notitia, eum nobis, vel Vicario noſtro notificare, ſub eadem pœna decem aureorum incurrenda quacunque vice in hoc commiſerit.

ADDITIO Ad ſ. quia interdum, & ſ. ſeq:

¶ Deliquentium, delictorumq; multitudo, ita ad extremū fuere prouecta, vt nos alioſq; anteceſſores noſtros poſt præſentis Decreti aditionem iuxta immemorabilium in dies caſuum contingentiam impulerit, vt alia per edicta publica promulgata, & hucuſq; obſeruata adiceremus, quocirca in præſenti decreto contenta ad dictorum Ædictorum noſtrorum diſpoſitionem, quæ in fine harum conſtitutionum imprimi iuſſimus omnino reduci debere volumus, & iubemus.

PRO-

PROVIDENDVM eſt etiam ne clerici noſtri Magiſtratuum ſecularium Iuſtitiæ obuiã eant, eamq́; impediant: Propterea ſi qui clerici auſi fuerint vi, & facto prohibere exequutiones faciendas per officiales Magiſtratuum ſecularium contra perſonas ſæculares, ſiue in rem, ſiue in perſonam, eos pœna vigintiquinq; aureorum pro qualibet vice mulctari iubemus, & maiori prout caſus qualitas exigere videbitur. Si exequutiones à nobis, vel Vicario noſtro, aliouè Iudice Eccleſiaſtico conceſſas, impedierint, maiori pœna, arbitrio noſtro, punientur.

STATVIMVS etiam vt ſi quis clericus poſthac vectigalia, vel datia Principum, vel Dominorum ſecularium licita, vt ſæculari prodeſſet, fraudaſſe conuictus fuerit, puniatur in quadruplum, ac etiam maiori pœna arbitrio noſtro.

ITEM cum alias conceſſerimus, vt clerici in itinere tantum, & per loca periculoſa enſem deferre poſſint, paulo ordinario breuiorem, ne quis ambigat qua menſura hic gladius eſſe debeat, diffinimus vt brachij vnius omnino menſuram non excedat, iſq́; ſimplex ſit, capuloq́; nudo, ac nullis caucis, manipuliſuè ad tuendam manum ſeptus, pœna in conſtitutionibus noſtris prioribus in contrafacientes exercenda.

LAVS DEO.

CONSTITVTIONES NOVAE

Factæ in Synodo Diœceſana Anno currenti M DCXII.

Diebus prima, ſecunda, & tertia menſis Maij, celebrata per Illuſtriſsimum, & Reuerendiſs.

D. D. IO. BAPTISTAM BILIVM DEI, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopum Papien. & Co. &c.



PAPIÆ, M DCXII.

DE DOCTRINA CHRISTIANA.

CAPVT PRIMVM.

QVI IESV CHRISTI veri Dei, & hominis ſalutarem doctrinam in eius Eccleſia profitetur, is vere Chriſtianus eſt dicendus: Nam ſi diligenter, quæ ad Chriſtum pertinent cogitauerimus, ea noſcemus, & obſeruabimus, quæ beatos homines, & diuinos reddunt: nullæ enim ſunt maiores diuitiæ, nulli theſauri, nulli honores, nulla mundi huius maior ſubſtantia, quàm Doctrina Chriſtiana, quæ peccatores homines ſaluat, infirmos curat, fideles iuſtificat, pœnitentes reparat, iuſtos augmentat, martires coronat, virgines, viduas, & coniugales caſto pudore conſeruat, clericos ordine dignos iudicat, & in æterna hæreditate illius ſectatores cum Angelis ſanctis collocat. Huic inconcuſſis mentibus inhærere, & omni induſtria, cura, & diligentia incumbere debemus, cum lumen ſit animæ oſtium vitæ, & fundamentum ſalutis æternæ. Qui hac derelicta velut peſſimum ducem proprium ſequitur intellectum, ac qui per ſapientiæ ſuæ ſenſum ad miſteriorum cœleſtium ſe putat poſſe prouenire ſecretum, ſic facit, quemadmodum ſi abſq; fundamento ædificet domum, aut prætermiſſo oſtio velit intrare per tectum, vel ſi nocte ſine lumine inferat greſſum, totum ſe clauſis oculis vergat in profundum. Hanc Chriſtianam doctri-

nam velut magnam lampadem Chriſtus adueniens errantibus viam monſtraturus exhibuit, per quam poſſit Deus requiri, quæſitus credi, creditus inueniri. Nullus ſine hac Dominum promeretur. Nullus ſine iſta faſtigium ſublimitatis aſcendit. Hæc excludit dubia, tenet certa, promiſſa conſignat, hanc qui addiſcit fœlix eſt, qui deſerit miſer. Cognoſcant igitur omnes, cernantq;, & præcipuè Parochi, quibus laboribus, quibus ſudoribus fatigare debent, quò hæc neceſſaria doctrina ab omnibus, & præcipue ſub eorum cura militantibus, addiſci poſſit. Hac idcò de cauſa, vt ſemper magis, ac magis inardeſcenti feruore in excelſum doctrinæ Chriſtianæ exercitium omnes intendant, nonnulla edicere decreuimus, quibus inceſſanter, quis in hoc ſancto ſe poſſit exercere opere, & docendi, & addiſcendi Chriſtianam doctrinam, vt eius fructum ſuauiſſimum tranquillo, ac ſedato deguſtet animo. In primis ſcire debent Pater, Mater, & alij, quibus puerorum cura eſt demandata, teneri eorum filios, & ſibi commiſſos pueros inſtruere in rudimentis fidei, quæ eſt ianua noſtræ ſalutis, ſine qua Deum inuenire, & inuocare, Deo ſeruire & placere nullus in hac vita poteſt, cum ſit bonorum omnium fundamentum. Huic muneri faciliori via ſatisfacere poterunt, & ſemetipſos ab hoc onere ſubleuare, ſi curabunt aliquali induſtria, & diligentia, pueros ipſos ad doctrinæ Chriſtianæ exercitium accedere, quod in Eccleſijs ad id deſignatis per pios, catholicos, & in hoc ſancto opere eruditos viros feſtis diebus fieri ſolet. Ibiq; namq; principium, & lumen rerum diuinarum, & eorum, quæ ad bene, beateq; viuendum ſpectant ſuccinte comprahenſum habebunt. Qua ratione pueros non ſolùm ad hoc ſanctum Chriſtianæ doctrinæ exercitium inuitamus, verùm etiam omnes Chriſtianos, & præcipuè, quibus non ita apta eſt via ſanctorum librorum lectione ea addiſcere,

quæ

quæ ad cuiuſq; ſalutem ſunt neceſſaria.

Vt autem pium hoc exercitium, ac memorandum, qua decet Chriſtiana pietate, & religione fieri poſſit, quædam ſtatuere decreuimus, quæ nobis viſa fuerunt neceſſaria ad hoc ſanctum opus piè, & Catholicè exercendum. Ordinamus igitur, & decernimus in primis, vt nullibi, nec in quauis eccleſia erigatur aliqua Sodalitas Doctrinæ Chriſtianæ nobis, aut Vicario noſtro inconſultis, & abſq; noſtra licentia. Item quod alia methodo quis non vtatur in ea docenda, quàm præſcripta in libro ſub noſtra approbatione impreſſo, ſine noſtra licentia. Vlterius ad remouenda quæcumq; ſcandala, Sodalitates Doctrinæ Chriſtianæ fœminarum ſeorſim a maribus fieri debere volumus, videlicet vnam in vna, alteram in alia eccleſia; fœminarum tamen ſemper fiat in eccleſijs parochialibus. Niſi aliter à nobis licentia particulari fuerit in ſcriptis conceſſum. In illis autem locis, vbi adeſt tantùm eccleſia parochialis, adeo vt neceſſe ſit, & mares, & fœminas ibi congregari, tunc mares ſint etiam ſeparati à fœminis eo meliori modo, quo prudentia Parochorum fieri poterit, vt mares ſtent, & teneantur in vna parte eccleſiæ, & fœminæ in alia, & ſiquid etiam, vt aliqua tella ſaltem ſangalis, inter mediari poſſet bonum opus diudicaremus. Cum autem audiuerimus aliquos adeſſe, & præcipuè iuuenes ita laxioris vitæ, qui ſpernentes loca ſacra, & hoc ſanctum exercitium, nō verentur eam eccleſiam ingredi, in qua doctrina Chriſtiana fœminarum exercetur, & ibi colloquia loco non ſatis decentia cum puellis habere, riſibus, ac alijs impuris actibus, & effeminatis illarum mētem à rebus diuinis, ad quas tunc addiſcendas ſunt accintæ, & paratæ, diſtrahere, ac ipſaſmet venereis incitamentis imbibere, non animaduertentes, filios dei non ſe profiteri, quia nemo Deo obſtrictus deprauatæ naturæ propenſionibus trahitur,

ſed

ſed diuino impulſus numine, quæ ſunt Dei propenſius exequitur, hinc cum horum audatia nullo modo ſit ſuſtinenda volumus, & declaramus, quod quicumq; vir, qui abſq; neceſſitate, ſed data opera, & ex induſtria, ac depravato animo videndi, loquendi, & alia inhoneſta cum ipſis puellis, & aliјs mulieribus cõmittendi, auſus fuerit ingredi ſcholam, & locum, in quo doctrina Chriſtiana exercetur, eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto ipſo iure, & facto, & ſi hoc non obſtante adhuc in hoc pernicioſo exemplo perſeuerauerit grauioribus remedijs prouidere curabimus. Inſuper præcipimus quibuſcumq; clericis tàm in ciuitate, quàm in Diœceſi, vt Doctrinæ Chriſtianæ, aut docendo, aut addiſcendo interſint in eorum eccleſia parochiali, ſi ibi exercètur ſchola maſculorum, alioqui teneantur intereſſe in illa eccleſia, in qua dicta maſculorum ſchola exercetur, quæ ſit intra fines Parochiæ, quam incolunt, aut ſaltem in illa eccleſia, cui adſcripti fuerint, ſub pœna nobis arbitraria, illos monentes, quod ſi ordines ſuſcipere voluerint tenebuntur nobis deferre fidem proprij Parochi, aut Præfecti illius eccleſiæ, in qua ſcholam prædictam frequentauerint. Ad hoc etiam exercitium volumus, quod eo magis Parochus teneatur perſonaliter intereſſe, & ibi conuenientes in rudimentis fidei inſtruere, & eadem obligatione aſtringimus cæteros ſacerdotes, maxime in villis, & oppidis habitantes. Vt autem hoc admirabile exercitium ardentiori ſtudio fœlicem progreſſum habere poſſit, præcipimus quibuſcumq; Parochis, vt fideles populos ad Doctrinam Chriſtianam, tam docendam, quàm addiſcendam omni eorum conatu excitent, animaduertantq; inſuper, & diligentiſſime præuideant, an tam in eorum eccleſijs, quàm in quibuſcumq; alijs eccleſijs intra fines eorum curæ ſitis, in quibus docetur Doctrina Chriſtiana omnia recte ſe habeant, & obſeruentur, quæ à nobis,

bis, aut prædeceſſoribus noſtris circa hoc exercitium fuere præſcripta; Exindeq; quolibet bimeſtre participes faciant Vicarios Foraneos de ſtatu Doctrinæ Chriſtianæ, & an aliqua ſint, quæ noua egeant prouiſione. Vicarij verò Foranei quolibet trimeſtre Nos, aut Vicarium noſtrum commonefaciant de inſtituta Doctrinæ Chriſtianæ ratione, de frequentia confluentium, & de ſpirituali progreſſu.

Contra Concubinarios. Cap. II.

TAM ſceleſtè, tamquam odioſum eſt concubinatus crimen, vt in illud tum Conciliares ſanctiones, & præcipuè Tridentinæ, tùm etiam Principis ſæcularis Conſtitutiones grauiſſimis pœnis inuehant: gignit enim hoc peccatum mentis cæcitatem, amorem ſui, odium Dei, deſiderium huius vitæ nimium, mortis, futuriq; iudicij horrorem, ac fœlicitatis æternæ deſperationem, vt de Rege Salamone legit Sacra ſcriptura, quod ei fuerunt vxores quaſi reginæ ſeptingentæ, & concubinæ tercentæ & auerterunt mulieres cor eius, vt ſequeretur deos alienos. Vt igitur quantum per nos fieri poterit hoc vitium è Diœceſi noſtra pœnitus extirpetur, & occaſio auferatur prorumpendi in pœius, præſenti decreto ordinamus, ac ſub pœna ſcutorum viginti quinque vſibus pijs arbitrio noſtro applicandorum quibuſcumq; Parochis præcipimus, vt ſtatim ac ad eorum aures deuenerit in eorum parochia degere aliquos concubinarios cuiuſuis ſexus, præmiſſa prius per eos correctione fraterna, teneantur illorum nomina, & cognomina ad tribunal noſtrum Epiſcopale deferre, vt contra tales ſalubriter prouidere, ac à tam miſera Dæmoniaca ſeruitute animas noſtræ ſolicitudini commiſſas liberare valeamus etiam per cenſuras eccleſiaſticas, iuxta nobis

iniuncta

iniunɛta per ſacrum Concilium Tridentinum Seſſ. 24. cap. 2. de reform. matrim. & ex inde per Reuerendiſs. Viſitatorem Apoſtolicum rubr. contra concubinarios. Præcipimus inſuper Parochis, quod ſi concubinarius aliquis, aut etiam adulter, & impœnitens de ſua ad aliam parochiam transferat domicilium, tunc teneatur alium parochum, ſub cuius parochia iſti transtulerint domicilium, mouere, vt animarum ſaluti poſſit conſulere.

De Oratorijs Campeſtribus. Cap. III.

QVIA *vidimus in locis huius noſtræ Diœceſis, quos ſuperioribus annis viſitauimus, plura oratoria; non tamen confratrum; tum in Oppidis, tum in vijs, tum in campis ſita, quæ licet ſint & ipſa ad eum finem conſtructa, vt Chriſti fidelibus pro orationibus, ac hymnis recolendis, & præcipue pro ſupplicationibus, quæ in villis fieri ſolent, inſeruiant, non tamen ea, qua decet, cura retinentur, immò quandoq; euenit in ipſis plura mala, & peccata perpetrari, & ad profanos, & ſordidos vſus conuerti. Ideo volentes his omnibus pro paſtorali noſtro munere prouidere, hac Conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, quod aut ipſa oratoria quouis in loco ſita ſint demoliantur, & materia parochiali eccleſiæ applicetur, aut termino vnius minus à die publicationis huius decreti ità aptentur expenſis quorum intereſt, vt in poſterum ad pium vſum tantum deſtinatum videantur retineri, videlicet, quod continuò clauſa remaneant cum antis ligneis, & vecte, ac clauibus ferreis, & ſi in ipſis aderit altare illud ornatum retineatur ſaltem cum Cruce, ac cum duobus candelabris, cum tobalea vna, & pallio ſaltem telæ picto, lapis autem ſacratus numquam ſuper tali-*

bus

bus altaribus retineatur, niſi dum contigerit ſacrum celebrari, ne ab aliquo diaboli miniſtro, & ſectatore aſportetur, & cum eo incantationes fiant, ſed peracta miſſa deferatur ad Parochũ. Calices item, & paramenta, ac alia ad vſum celebrationis diuinorum in dictis Oratorijs deſtinata non per laicos, ſed per Parochos gubernari, & cuſtodiri volumus, quibus iniungimus, vt ſollicitſi ſint in nos admonendo, an quæ hoc decreto ſancita ſunt executioni miſſa fuerint necne. Quæ autem paramenta, aut alia pro celebratione Miſſarum deſtinata ſunt in vno Oratorio non poſſint adaptari, & accomodari ad vſum alterius Oratorij ſub pœna interdicti vtriuſq; Oratorij ipſo iure, & facto incurrenda.

De Exorciſtis. Cap. IV.

EXorciſtæ officium ita in ſacra ſcriptura fuit in veneratione, vt Rex Salomon ſuam gentem docuerit modos exorciſmi, & adiurationis, quibus immundi ſpiritus expulſi ab homine vlterius reuerti non ſunt auſi. Hinc exorciſtæ adiurantes, ſeu increpantes vocantur: inuocant enim ſuper eos, qui ab immundo ſpiritu ſunt obſeſſi, nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti adiurantes per eum, vt egrediatur ab eis. Vt igitur magnum officium eſt, ità etiam non ab omnibus paſſim exercendum: decet namq; ab eis tantummodo miniſtrari, qui charitate, puritate conſcientiæ, & profundiſſima humilitate ſunt à Deo O. M. dotati. Nullus ideo in poſterum audeat in hoc exercitio ſe immiſcere, niſi prius per nos, aut Vicarium noſtrum fuerit approbatus, & idoneus iudicatus, ſub pœna nobis arbitraria.

Quòd per Parochos, gratis fiant fides adminiſtrationum Sacramentorum. Cap. V.

OCcurrit quandoq; quòd aliqui egent à Parochis fide adminiſtrationum ſacramentorum, & quia Parochus, cum perſona ſit legalis, & publica, tenetur illas requirentibus edere, ideo hac noſtra Conſtitutione volumus, quòd ſtatim, ac requiſitus fuerit, has fides edat, nulla mora interpoſita, niſi aliqua legitima cauſa ſubſiſtat, illas denegandi, de qua tamen volumus nos certiores reddi, vt prout iuris erit, prouidere poſſimus. Et cum hae fides ſecum habere videantur quid ſpiritualitatis annexum, ideo æquum eſt, vt ſimoniæ labes euitetur, gratis per Parochos fieri, & nulla petita mercede, nec etiam tacitè, prout ita ſeruari mandamus, pœnis nobis arbitrarijs, quod extenditur etiam, quando aliquid publicatur ad inſtantiam partium, vt de litteris monitorialibus, & ſimilibus.

Quod Parochi teneantur habitare in ædibus Parochialibus. Cap. VI.

QVia diœceſim noſtram viſitando inuenimus aliquos Parochos ſeorſim ab ædibus parochialibus habitare, & in proprijs magno ſumptu, etiam forſan ex fructibus Parochialis Eccleſiæ conſtructis, ſe excipere, eo prætextu, quòd parochiales ædes ſunt diſipatæ, vel inhabitabiles, idq; nullo modo ferendum ſit: Significat hoc enim, Parochos Eccleſiæ, vti ſponſæ dilectæ non adhærere, pro qua, & eius bonis tuendis, ac ſacris tectis reparandis, non ſolum bona ipſius Eccleſiæ, verum, & propria, ac etiam proprium ſanguinem diſpenſare tenentur: Ideo

iam

iam ordinatis per Reuerendiſſ. Viſitatorem Apoſtolicum ſub rubr. de parochis, & cura animarum, inhærentes decernimus, & præcipimus quibuſcunq; Parochis, vt ſub pœna nobis arbitraria perſonaliter reſideant in ædibus Eccleſiæ parochialis, nec ſe excuſare valeant, & ſi ſunt collapſæ, & inhabitabiles, curent quàm primum illas refici, & reſtaurari expenſis, quorũ de iure.

Quod beneficiati interſint concionibus. Cap. VII.

NOſtri paſtoralis munus eſt, non ſolum oues nobis commiſſas ſanæ doctrinæ, incorruptæq; conuerſationis odore ad perfectam vitam perducere, ſed etiam religioſorum nobis ſubiectorum exemplo bonorum, operum expeditos, & triumphatores reducere ad ipſum vnicum ſalutis portum. Qua ratione ſicut ad Dei verbum audiendum per concionatores in Eccleſijs ſeminatum omnes populi incaleſcenti animo concurrere debent; ita par eſt, vt religioſorum incitamentis in præclara illa, & ſalutari verbum Dei audiendi actione, in qua ſumma chriſtianæ pietatis, fundamentumq; verſatur, ijdem ſollicìti, & anxij reddãtur. Præcipimus igitur quibuſcunq; beneficiatis ad reſidentiam perſonalem aſtrictis, in Eccleſia, vbi ſolet per prædicatores verbum Dei prædicari, teneri, & debere concionibus cum ſuperpelliceo in loco apto, & decenti, intereſſe. Et vt inobedientes in aliquo plectantur; volumus, quòd interreſſentes tot diſtributionum participent, quot intereſſentibus miſſæ diſtribui ſolent. Et vbi non ſunt diſtributiones arbitrio noſtro puniantur.

De funeribus, & exequuijs defunctorum. Cap. VIII.

QVA antiquorum funera officioſa pietate curata fuere, exequiæ celebratæ, & ſepultura corpora prouiſa, pluribus in locis ſacra pagina teſtatur, & præcipuè dum Tobias ſepeliendo mortuos Deum promeruiſſe, teſte Angelo, commendatur. Ipſe quoq; Dominus die tertio ſurrecturus religioſæ mulieris bonum opus prædicat, prædicandumq; commendat, quod vnguentum precioſum ſuper membra eius effuderit, atq; hæc ad eum ſepeliendum fecerit. Et laudabiliter commemorantur in Euangelio, qui corpus eius de Cruce acceptum diligenter, atque honorificè tegendum, ſepeliendumq; curarunt. Verùm iſtæ auctoritates non hoc admonent, quod inſit vllis cadaueribus ſenſus, ſed ad Dei prouidentiam, cui placent & talia pietatis officia deſignandum, & ad fidem reſurrectionis inducendam, ſit apposita. Vbi, & illud ſalubriter à nobis diſcitur quanta poſſit eſſe remuneratio, ſi exanimis hominum membris diligentiam noſtram in ipſis condendis, ac tumulandis adhibuerimus. Vt igitur maiori quo poteſt charitatis exemplo Parochi officium ſuum circa defunctorum corpora ſepelienda perſoluant, hac Synodali Conſtitutione ad remouenda ſcandala, & tolendos nonnullos abuſus, qui his noſtris temporibus increuerunt, damnantur illæ pactiones, quæ occaſione funerum quandoq; fiunt (cadauere maximè adhuc inſepulto) inter Parochos, & hæredes defuncti, præcipuè cum verſentur circa quid indeterminatum, & incertum. Sed quia decet etiã labores Parochorum condecenti, ac honeſto præmio recognoſcere, prout & Sacri Canones hoc non damnarunt,

minarunt, ideo volumus, quod ratione quartæ, ſeu canonicæ portionis, quando corpus defertur ſepeliendum extra eccleſiam Parochialem, Parochus pro quolibet capite domorum ſiuè maſculo, ſiuè fœmina poſſit habere libras vigintiquatuor Imperiales, ſi ſit diues, vel honeſtæ ſuppetant facultates. Pro non diuitibus, qui ſunt capita domorum libras duodecim. Pro diuitibus, qui non ſunt capita domorum libras duodecim. Pro non duitibus. qui non ſunt capita domorum libras ſex. Pro infantibus filijs diuitum libras ſex. Pro infantibus non diuitum libras tres.

Si autem Cadauer deferatur ſepeliendum in eccleſia Parochiali, ſiuè in propria, ſiuè in aliena ſepultura, tunc conſiderata tum paupertate plurimorum Parochorum, tum attentis ipſorum laboribus, poſſint Parochi habere pro diuitibus, & vtſupra, qui ſunt capita domorum, libras duodecim. Pro non diuitibus, qui ſunt capita domorum, libras ſex. Pro diuitibus, qui non ſunt capita domorum, libras ſex. Pro non diuitibus qui non ſunt capita domorum, libras tres. Pro infantibus omnibus libram vnam cum dimidio. Pro miſerabilibus perſonis, quibus mortuis nihil, aut tam parum ſupereſt, vt ſuis expenſis humari non poſſint, nihil omnino exigatur, ſed exequiæ gratis à Parocho fiant, ſiuè cadauer deferatur ad eccleſiã Parochialem, ſiue extra, & de ſtatu miſerabili fidem faciant duo viri probi Parochiæ ad hoc deputati. Quibus autem in locis viget conſuetudo, vel conuentio inter Parochos, & populum dandi ipſi Parocho certum quid taxatum, & determinatum, illud volumus per Parochum poſſe conſequi, haſq; conuentiones, & conſuetudines eſſe ſeruandas iubemus. Pro Cruce nihil exigant præterquam ceram dari conſuetam. Pro campanis nihil habeatur, niſi id quod pia fidelium conſuetudiñe introductum eſt dari ſacriſtiæ, videlicet ſolidi triginta Imperiales vltra candelas ſolitas erogari dictæ ſacriſtiæ.

ſtiæ. Quoad ceram accenſam deferri ſolitam, quando cadauer defertur ad ſepulturam, ſeruetur ſolitum, quòd eſt, quod quarta pars ceræ accenſæ ſit addicta ſacriſtiæ Parochialis, & quarta alia pars relinquatur ſacriſtiæ Eccleſiæ, vbi cadauer ſepelitur, niſi ſit parochialis Eccleſia, quia tunc vna tantùm parte debet eſſe contenta: Si tamen aliter conſuetudine ſeruatur quoad cæram accenſam, illam non remouemus. Quod declaramus etiam intelligi debere de qualibet cæra accenſa delata per quaſuis perſonas, quæ cæra debet continuò remanere accenſa, donec cadauer erit in tumulo reconditum. Monemus autem quoſcunq; Parochos, cadauera inſepulta detineri non poſſe, ſi hæredes fuerint renitentes, quod abſit, ad præſtandum, aut conſuetum, aut conuentum, aut ſupra taxatum, alioqui Parochi punientur à nobis grauiter tamquam Simoniaci, ſed poſt ſepulturam cogemus hæredes omni promptiori, & efficatiori remedio ad præſtandum, quod debitum eſt, in recompenſationem ſpiritualem recognoſcendo Deum in muneribus ſuis. Illud interim præ oculis hæredes habere debent, curam ſepeliendi inter bona opera deputatam eſſe, ipſoſq; teneri implere erga ſuos officia poſtremi muneris, & ſui humani lenimenta mæroris, vt demonſtrent non ſolùm carnaliter, ſed etiam ſpiritualiter amaſſe.

Cum etiam pleroſq; abuſus exortos audiuerimus circa ordinem, & modum, quo cadauera deferuntur ad ſepulturam, & eorum exequiæ, ac officia perſoluuntur, ideo ad eos remouendos neceſſe iudicauimus hæc ſtatuere, vt ſupra. Ad funera inuitatus alium pro ſe non mittat, emolumentum, aut elemoſinam ipſe precepturus, niſi ſit legitime impeditus; & eo caſu, in quo gradu ordinis fuerit ipſe inuitatus in eodem ad minus gradu mittat ſubſtitutum. Cæra danda inuitatis ſit eorundem, nec Parochus audeat inuitare aliquos, à quibus poſtea funalia, ſeù

intorti-

intortitia, aut cæreos accipiat, exigua quadam per eum mercede data inuitatis, ſub pœna Parocho decem aureorum. Non ante ſolis ortum, nec poſt occaſum cadauer efferatur ad ſepulturam, niſi cum licentia Ordinarij in ſcriptis, & in Diœceſi cum licentia Vicarij Foranei. Prohibentur omnino illi clamores, ac palmarum tunſiones, & præſertim mulierum eiulatus, quibus aliquibus in locis huius Diœceſis ſolent cadauera defunctorum ad tumulum aſſociari: ſunt enim horum animæ potius exequijs ſacris, orationibuſq; ac eleemoſinis adiuuandæ. Euellatur prorſus ille abuſus, ac ſuperſtitio cooperiendi Crucem aliquo panno lineo, ſeu fillo albo, vel re huiuſmodi generis, ac tollantur quæcumq; aliæ ſuperſtitiones, quæ quandoq; fiunt, in ſepeliendis cadaueribus, vt iactus, lapidum, vel lignorum in tumulo, vel quid ſimilium ſub pœna arbitraria. Crux in aſſociandis cadaueribus non permittatur deferri per laicum, ſed per clericum cum veſte talari, & ſuperpeliceo; In locis aũt, vbi Clericus non reperitur, & Parochus propter illius paupertatem non poteſt clericum ſuſtinere, poſſit quidem Crux per laicum deferri, ſed cum veſte talari, & ſuperpeliceo. Nullus audeat intereſſe funeribus, & exequijs cum pileo, & abſque veſte talari, & ſuperpeliceo, ſub pœna vnius aurei. Cadauer ſepulturæ non tradatur, niſi poſt duodecimam horam, qua ſpiritum exhalauit, ſi vero ex improuiſo quis mortuus fuerit, non ſepeliatur, niſi poſt vigeſimam quartam horam. Iuxta receptam conſuetudinem in hac Diœceſi, vnus tantum ordo Regulariũ, & vna tantum Diſciplinatorum Confraternitas ad comitandum cadauer inuitari poſſit. Regularium autem numerus, Sacerdotum ſecularium numerum non excedat. Miſſa anniuerſariorum non ſatisfaciat pro Conuentuali. In offitijs defunctorum decantetur nocturnum currens illius diei, & Sacerdotes aliiue Clerici intereſ-

tereſſentes dictis officijs, ac Miſſæ decantandæ ſint induti ſuperpelliceo, & birreto, ac aſſiſtant cum omni reuerentia, & quiete, nec eorum loquacitate diuinum officium interuertant. Vbi Parocho, & clericis cadauer comitantibus intortitia, ſiue candelæ per defuncti hæredes non fuerint erogatæ, nec etiam Regularibus, aut Diſciplinatis inuitatis quouis prætextu candelas præ manibus deferre liceat. Vbi autem fuerit cera data clericis ſecularibus, volumus quod non ſit minoris ponderis, quàm erit illa Regularium, quouis nomine, aut prætextu Regularibus tradita fuerit. Cum audiuerimus quandoq; euenißе in fraudem eccleſiæ Parochialis, hæredes defunctorum aſportari feciſſe cadauer ad aliam eccleſiam, Parocho non monito, hocq; nullo modo ferendum videatur, ne debito honore Eccleſia Parochialis defraudetur, ſtatuimus, quod nullus ſiue Clericus, ſiuè laicus audeat vnquam deferre, ſeu deferri facere cadauer è loco vbi reperitur ad alium locum etiam cauſa ſepulturæ abſq; interuentu Parochi, ſub cuius Parochia reperitur cadauer. Si autem contigerit aliquem obijſſe extra Ciuitatem, qui habeat domicilium in Ciuitate, & hæredes velint cadauer deferri facere ad Ciuitatem pro ſepultura extra eccleſiam Parochialem Ciuitatis, tunc volumus quod etiam Parochus proprius Ciuitatis ad funus inuitetur, nec vllo vnquam modo ad ſepulturam deferatur abſq; dicti Parochi interuentu ſub pœna nobis arbitraria. Iubemus autem quod, quando cadauer defertur de vno loco ad alium locum, tunc Parochus alterius loci ſeù Parochiæ, vbi tranſit cadauer, nihil exigere poſſit. Quilibet Parochi teneantur habere librum, in quo nomina, & cognomina defunctorum in eorum Parochia, & diem, ac horam, cum menſe, & anno deſcribantur. Quolibet anno fiat officium à mortuis pro Epiſcopis defunctis tam in Cathedrali, quàm in alijs Collegiatis, & Parochialibus eccleſijs

Ciuita-

Ciuitatis, & Diœceſis die immediatè ſequenti poſt commemorationem omnium defunctorum; & cum dicta die in noſtra Cathedrali recitetur publicè oratio pro principio Studij ob idq; ipſa dies ſit impedita, volumus, quòd ſequenti die dictum officium celebretur, cui etiam nos aſſiſtere, & intereſſe curabimus dictiſq; diebus Sacerdotes omnes celebrare teneantur Miſſam pro Epiſcopis defunctis. Cæterum, qui alij laudabiles repeiuntur ritus, & conſuetudines in modo, ac ordine funeris ducendi, & exequiarum, hos approbamus, ac etiam in poſterum ſeruari volumus.

Quòd Clerici non accedant ad tabernas. Cap. IX.

CVM gulæ deditos ſuperfluitas locutionis, leuitas operis, atq; luxuria comitetur, dum namq; cibis venter impletur aculei vitiorum excitantur, vt ſacra Scriptura teſtatur dicens; Princeps coquorum diſtruxit muros Hieruſalem; Princeps namq; coquorum venter eſt, cui magna cura obſequium à coquis impenditur, vt ipſe delectabiliter cibis ſaturetur; Muri autem Hieruſalem virtutes ſunt animæ ad deſiderium ſupernæ patriæ eleuatæ. Coquorũ igitur Princeps muros Hieruſalem deicit, quia dum venter ingluuie extenditur, virtutes animæ per vitia deſtruuntur. Videant ergo omnes pij viri, quàm fugiendum ſit ab omnibus ebrietatis, & crapulæ vitium, vt nos admonet os veritatis, attendite vobis, ne forte grauentur corda veſtra in crapula, & ebrietate, & curis huius mundi, ne ſuperueniat in vos repẽtinus dies ille. Hac ideo ratione monemus quoſcumq; clericos, ne ita gulæ ſint dediti, ne ve ita eſcarũ delectationi incumbant, vt per ipſarum immoderatũ vſum laicis præbeant ſcandalum, & ſibi ipſis ſint cauſa damnationis perpetuæ, ſed tales tantum, & tantas ſumant eſcas, quibus non oneretur corpus, nec libertas

animæ prægrauetur. Ac eo magis in clericis vitium hoc eſt reprehendendum, quando in locis publicis, & tabernis exercetur. Inde ſequentes Conſtitutionē Illuſtriß. Cardinalis Rubei part. 1. cap. 21. prohibemus, ſicut & ſacri canones decreuerunt, ipſis clericis cuiuſuis generis tabernarum, & cauponarum ingreſſum, niſi itineris neceſſitate compulſis. Et quia nos non latet quam plurimos eſſe clericos forenſes prope ciuitatem præcipuè habitantes, qui quauis leui de cauſa ad vrbem ſe conferunt, & prætextu itineris tabernam frequentant non ſine laicorum maximo ſcandalo, Ideo omnes clericos forenſes monemus, ne audeant in poſterum ad ciuitatem accedere, niſi rationabili, & vrgenti de cauſa, & tunc in eo hoſpitio ſe excipere, in quo non degant perſonæ inhoneſtæ, nec adſit gentium tumultus, & ſi fieri poteſt ſeparatim à laicis degant, & cibum cum parſimonia ſumant. Qui autem huic noſtro decreto contrafeceris in ſcutis decem mulctabitur pro qualibet vice; ſi verò quis ita crapulæ erit deditus, vt in deteſtabile ebrietatis vitium inciderit grauiſſima pœna caſtigabitur arbitrio noſtro.

Ne Clerici ſecularibus, aut ſecularium negotijs ſe immiſceant. Cap. 10.

C*VM in omnibus diſcreta ſemper debeat eſſe, & ſegregata vita clericorum à laicorum conuerſatione, obidq; per ipſos ſedulo danda opera ſit, nè quid quoquo pacto profeſſione clericali indignum faciant, hac idea ratione inter cætera prouidè, & ſanctè ſtatuerint ſacri canones, ne Clerici ſecularibus ſecularium uè negotijs ſe immiſceant, quod prius ait Apoſtolus, Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus; inde nobis conſentaneum non ſolùm, verùm & neceſſarium viſum fuit*

ijs malis occurrere, quæ naſcuntur ex eo, quod clerici nolunt ſe abſtinere ab huiuſmodi comertijs ſæcularibus: licèt enim ante clericalis iſtius vitæ profeſſionem liberum eſſet vnicuiq; quatenus per Dei indulgentiam leges permittunt, communem cum cæteris viuendi, & negotiandi morem ſequi, vbi verò iam quis ſponte ſua clericali militiæ aſcribi voluit, Deo cuſtodire ſe ipſum ita debet, ne vitæ inſtitutum, quam ſemel Deo conſecrauit, miniſterio rurſus communis vitæ contaminet. Prohibemus igitur omnibus clericis laicorum cuiuſcumq; conditionis ſint negotia gerere ſub pœna nobis arbitraria, quo ad conſtitutos in ſacris, etiã pecuniaria arbitrio noſtro, & quoad clericos in minoribus ſub pœna priuationis habitus arbitrio pariter noſtro: exinde enim vix fieri poteſt, quin perturbatio animi, ac mentis auerſio a diuinis, quibus addicti toti debent eſſe clerici, exoriantur. Permittimus tamen piam illam charitatem, ac virtutis imitationem ſubueniendi negotijs pupillorum, viduarum, ac aliarum miſerabilium perſonarum, quam tantopere commendant ſacræ litteræ. Cum item clericali dignitati admodum indecens videatur, et nullo modo ferendum iudicetur, ipſos clericos paſſim ſe ſubmittere obſequio perſonarum laicarum, idcirco interdicimus etiam quibuſcumq; clericis in ciuitate, & Diœceſi noſtra commorantibus, ne in laicorum famulatu vllo pacto permaneant ſub quouis prætextu, etiã capellaniæ, aut litteras humaniores, ſeu altiores docendi ſine licentia noſtra, aut noſtri Vicarij in ſcriptis ſub pœna aureorum vigintiquinq;. Inhibemus etiam iuxta ſacros Canones clericis coram iudice, aut Magiſtratu ſæculari officio procuratoris, aut aduocati fungi ſine noſtra, aut noſtri Vicarij licentia in ſcriptis, niſi pro ſua, ſuæq; eccleſiæ, & propinquorum ſi neceſſe erit, cauſa, aut miſerabilium perſonarũ. Nulluſq; etiam clericus tutelam ſuſcipiat, niſi intuitu pietatis, ob-

tenta prius à nobis in ſcriptis licentia. Minuſq; volumus clericos aliena prædia conducere poſſe, aut in toto, aut in parte, nec per ſe ipſos, nec per interpoſitam perſonam ſine noſtra licentia in ſcriptis ſub pœna nullitatis contractus, & vlteriori etiam pecuniaria arbitrio noſtro. Cæterum ſciant cuncti clerici cupiditatem omnium malorum radicem eſſe, quam quidam appetentes errauerunt à fide, vt inquit Apoſtolus, ſi ergo ſuccíditur radix criminum, non pullulant cæteræ ſoboles peccatorum, quod facilè in ipſis ſuccedere poterit, ſi ab omnibus his, & alijs negotijs ſe abſtituerint; quod etiam decretum fuit per Conſtitutionem Illuſtriß. Cardinalis Rubei par. 1. cap. 21.

De Diſciplinatorum Scholis. Cap. XI.

LICET Reuerendiſſimus Viſitator Apoſtolicus ſuis decretis plura ordinata reliquerit circa diſciplinatos, & eorum ſcholas, quia tamen in viſitationibus per nos hucvſq; factis, aliqua reperimus, quæ noua prouiſione egent, idcirco inhærendo decretis prædictis Reuerendiſſimi Viſitatoris ſtatuimus, & ordinamus, quòd in diſciplinatorum Oratorijs non aſſeruetur Sanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum, obidq; nec poſſint ſuper altare retineri aliquæ cuſtodiæ ligneæ etiam apertæ, niſi quãdo contigerit Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum certis ſolemnitatibus exponi à Chriſtifidelibus adorandum, habita tamen prius licentia in ſcriptis à Nobis, aut à Vicario noſtro: nam eo tempore, quo expoſitum retinebitur volumus tales cuſtodias retineri poſſe ſuper altare ad effectum, vt noctis tempore gubernetur Sanctiſſimum Sacramentum, quod tamen ſequenti die omnino ſumatur à Sacerdote celebrante, & ſtatim cuſtodia ab altare remoueatur. Quando autem expoſitum erit Sanctiſſimum Sacramentum

in prædictis Oratorijs, volumus quòd teneantur accenſa ſex luminaria ad minus ſuper altare, & quòd Capellanus, vel alius Sacerdos ſuperpeliceo inductus, ac duo confratres adminus cum ſacco continuò aſſiſtant, & præſentes ſint genibus flexis ante ſantiſſimum Sacramētum, illud pura, & munda conſcientiâ humiliter adorātes, memores, quòd eo in loco ēt Angeli ſemper aſſident, & cœleſtiūm poteſtatum vniuerſus ordo clamores excitant, ac quòd locus ille in illius honorem, qui immolatur, Archangelorum choris plenus eſt. Cum inſuper non ſemel audiuerimus altercationes plurimas oriri inter Parochos, & Diſciplinatos, quòd etiā iſti velint quandoq; proprios limites exedere maxime in ſepeliendis cadaueribus in eorum Oratorijs non ſine præiuditio eccleſiarum parochialium, ac Parochorum iuriſdictionis, & licèt multum cuilibet loco pio debeamus, contra iuſtitiam tamen, & in aliorum præiuditium non eſt ei eccleſiaſticus fauor concedendus, ideo ad remouendas quaſcumq; controuerſias ordinamus, quòd in quibuslibet Confratrum Oratorijs, tùm Ciuitatis, tùm Diœceſis non poſſint à quauis perſona erigi, & fundari ſepulturæ ſine expræſſa noſtra, aut Vicarij noſtri licentia in ſcriptis, cuius copia erit regiſtranda penes acta Cancellariæ noſtræ, & ſi ſecus fiat, factum vè fuerit, habeatur talis ſepultura pro non facta, & ſit interdicta ipſo iure, & facto. Et in caſu, quo licentia concedetur declaramus, quòd ibi non poſſint aliqua cadauera, nec etiam confratrum ſepeliri abſq; interuentu Parochi, intra cuius curæ limites erit ſitum oratorium, cuius Parochi, & non capellani muneris erit officium perſoluere ſuper cadauere, vt ſepulturæ tradatur. Si verò in dictis Oratorijs aliquæ iam adſint ſepulturæ, non aliquorum particularium, ſed ad vſum tantum Confratrum, volumus quòd ibi aliquam alia cadauera recondantur, niſi ipſorummet Confratrum, ſub pœna

inter-

interdicti ipſo iure, & facto ipſius ſepulturæ. Contentamur equidem, quod huiuſmodi funeri interueniat Capellanus Diſciplinatorum, ſi placuerit hæredibus defuncti, qui tamen nullo modo deferre habeat ſtolam circa collum, prout nec illam poſſe geſtare volumus in quibuslibet alijs proceſſionibus faciendis per Diſciplinatos ſub pœna nobis arbitraria. Ipſiſmet etiam diſciplinatis interdicimus aliquas facere conuentiones occaſione aſſociationis mortuorum quorumlibet, ſed ſint contenti illa liberalitate, ac eleemoſina, quam pijs hæredibus erogare placitum erit: Inhibemus etiam Diſciplinatis facere aliquas quæſtuationes eleemoſinarum, ſeu oblationes, etiam per ipſos Capellanos, vel alios Sacerdotes, ſiue pro vſu eorumdemet Diſciplinatorum, ſiue ipſorummet Capellanorum, & Sacerdotum, tam in eorum Oratorijs, quàm extra per Ciuitatem, & Diœceſim ſine licentia noſtra, aut Vicarij noſtri in ſcriptis regiſtranda penes acta Cancellariæ noſtræ ſub pœna interdicti ipſius Oratorij, & ipſis Capellanis, & Sacerdotibus arbitrio noſtro. Et cum eccleſia Parochialis quandoq; debito honore fraudetur, & Christifideles, in Villis præcipuè, non leue detrimentum patiantur in rebus ſpiritualibus ex eo, quod ad Parochialem Miſſam non curant intereſſe, cum tali hora in Oratorijs celebretur, ideò diſtrictè iubemus omnibus Confratribus, vt ad vnguem obſeruent, quæ per Reuerendiſſimum Cardinalem Rubeum in ſuis Conſtitutionibus part. 3. cap. 40. & per nos in additione præſcripta fuere. In ipſis Oratorijs Confratrum nolumus, quod poſſint audiri Confeſſiones ſine licentia Noſtra, aut Vicarij noſtri, aut ſaltem Parochi, intra cuius curæ limites ſitum eſt Oratorium, ſub pœna ſuſpenſionis à Diuinis audientibus ipſam Confeſſionem ipſo iure, & facto incurrenda. Die Iouis Sancti non poſſint exponere Sanctiſſimum Sacramentum ſine noſtra licentia in

ſcriptis. Nec item volumus quod Confratres exponant aliqua vaſa pro colligendis eleemoſinis præcipuè die feſto Defunctis ſine noſtra licentia in ſcriptis.

Curent autem Confratres non ſolùm hæc diligenter obſeruare, verùm etiam, quæ per anteceſſores noſtros, & per Reuerendiſſimum Viſitatorem Apoſtolicum, ac per eorum regulam approbatam, ſunt eis præſcripta ſub pœna interdicti Oratorij. Cæterùm illos non ignorare cupimus, nullum ſanè opus in ſcriptura magis commendatam, nullum pijs, ſanctiſq; hominibus familiarius, nullum, quod à pluribus, & ſæpius, ac diligentius, magiſq; neceſſariò in hac vita ſit exercendum, atq; ad Deum deprecatio, Ideo ipſos oportere, non eſſe congregatos ad externum corporis geſtum, & habitum, ad comeſſationes, & ientacula facienda, non ad oſtentationem, & laudem humanam, ſed ſic debere eſſe collectos, vt piæ mentis in Deum affectu petant fideliter, quæ ſunt ipſis, aut alijs ſalutaria, vt in ſpiritu, & veritate, ac citra hypocriſim, Deo preces effundant, vtq; tandem taliæ præbeant teſtimonia fidei, humilitatis, atq; pietatis, quæ non ſolùm, ſpectanti proximo, ſed etiam Eccleſiæ adferant ædificationem, ſcientes à Deo Opt. Max. retributionem habituros.

Quod fiant Congregationes per Diœceſim. Cap. XII.

AD maius exercitium perſonarum eccleſiaſticarũ volumus, quod ſemel in menſe ab Octaua Paſchatis Reſurrectionis vſque ad Aduentum D. N. fiant Congregationes caſuum conſcientiæ per Vicarios Foraneos, in qua intereſſe, & conuenire habeant Parochi, & omnes alij Eccleſiaſtici, tàm in Sacris, quàm in Minoribus ordinibus conſtituti, tam beneficiati, quàm

non beneficiati, & fiant ſemel domi vnius Parochi, & alia vice domi alterius Parochi per rotam, & ille Parochus in cuius domo fieri contigerit dicta Congregatio teneatur ſubminiſtrare expenſas prandij omnibus intereſſentibus, qui paucis cibis debent eſſe contenti, & ſinguli teneantur erogare dicto Parocho ſolidos quindecim pro dicto prandio. In dicta autem Congregatione diſputetur caſus propoſitus, & vnuſquiſq; det votum ſuum in ſcriptis in manibus Vicarij Foranei, qui tranſmittat, quod concluſum fuerit ad Ciuitatē in manibus à Nobis deputandi. Et in fine congregationis proponatur alius caſus diſputandus pro ſequenti Congregatione. Et interſint cum omni modeſtia, ac ſobrietate, nec ibi habeantur vanæ, & ſcandaloſæ locutiones, nec ludi alicuius, generis fiant, ſed omnibus ſint boni exempli ſub pœna ſcutorum 25. contrauenientibus, de quibus Vicarius Foraneus teneatur Nos ſtatim monere ſub pœna nobis arbitraria.

Ne quis clericalem habitum ſine Epiſcopi licentia in ſcriptis aſſumat.

Hippolytus miſeratione diuina tituli S. Blaſij de Annulo S. R. E. presb Cardin. & Epiſc. Papien. &c.

ET ſi talis quiſque præſumi ſoleat, qualis in habitu reperiatur; Ideoque, qui clericali habitu honeſtantur, mores, & vitam illi correſpondentem habere deberent; Attamen aliqui prætextu quòd clerici effici velint, clericalem habitum non animo fidelem Deo cultum præſtandi, ſed ſecularis iudicij fugiendi interdum aſſumunt, indeq; inconuenientia naſcuntur; His igitur, quantum in nobis eſt, prouidere cupientes, hac no-

ſtra

ſtra conſtitutione ſtatuimus, decernimus, & mandamus, vt nullus poſthac clericalem habitum, ſine noſtra (ſi præſentes, vel Vicarij noſtri generalis ſi abſentes erimus) in ſcriptis licentia aſſumat: illoque publicè, vel priuatim vtatur. Ne vè quis ad primam tonſuram accipiendam ſe præſentet: qui legitimam nullius ſe criminis coram ſeculari iudice obnoxium eſſe atteſtationem non attulerit. Sed amplius omnibus eadem prima tonſura non initiatis habitum geſtantibus clericalem mandamus; vt dierum quindecim termino eundem habitum deferendi in ſcriptis licentiam à nobis obtineant. Qui autem huic noſtræ conſtitutioni, ſtatuto, & decreto in aliquo contraire auſus fuerit; pœna vigintiquinque aureorum eo ipſo mulctatus ſit; & in ſubſidium iuris excommunicabitur. Dat. ex Epiſcopali Pallatio noſtro Papiæ die xxiij. Iulij, 1588.

Hippolytus de Rubeis.

Alem. de Alem. Not. & Canc. ſubſc.

EDITTO

GIO. BATTISTA BIGLIA PER L'IDDIO

Gratia, & della Santa Sede Apoſtolica, Veſcouo di Pauia, & Conte, &c.

HAVENDO *Noi inteſo con graue noſtro cordoglio, & diſpiacere gli inconuenienti, & diſordini, che ſono ſeguiti fin'hora, & che giornalmente vanno ſeguendo per cauſa d'alcuni licentioſi Chierici, sì di queſta noſtra Città, & Dioceſi di Pauia, quanto de foraſtieri in detta Città habitanti, & deſiderando Noi con ogni zelo di Paſtorale officio di prouedere in quanto potiamo alli inconuenienti, & diſordini ſudetti, che non ne ſegua più per l'auenire, & porre riforma alla rellaſſatione de*

detti Chierici, & d'altri Eccleſiaſtici da ogni buon ordine, & diſciplina Eccleſiaſtica, & à veſtiti, & habiti loro, che per la maggior parte sfoggiati, & di ſeta, & con calzette di colore prohibito, & ligazzi con oro, & colari indecenti è lauorati ſi vanno vedendo con gran ſcandalo de Laici per la detta Città, & Diœceſi, & del portare de Capelli continuamente, & da ogni tempo, il tutto contro la forma de Decreti, & Conſtitutioni, sì da noſtri Anteceſſori, quanto dal Viſitatore Apoſtolico, & in altro modo anco ſopra ciò fatti.

Per tanto inherendo ſempre à detti Decreti, & Conſtitutioni, ne da quelle recedendo; Ordiniamo, & commandiamo in virtù del preſente noſtro Editto, quale vogliamo che habbi forza d'inuiolabile Conſtitutione, & Decreto, alli Reuerendi Preuoſti, Rettori, & Curati di queſta Città, & ſuoi Borghi, che frà ſei giorni proſſimi à venire, doppo la publicatione del preſente noſtro Editto, debbano hauer conſegnato effettualmente all'infraſcritto Notaro, & Cancelliere notta de tutti li Chierici, & altri Eccleſiaſtici à noi ſoggieti, tanto di queſta Città, & Dioceſi, quanto de foraſtieri habitanti nelle loro Parochie con li ſuoi nomi, cognomi, Patria, & habitatione, ſotto pena de ſcudi 25. d'oro per ciaſcuno da applicarſi à luoghi pij ad arbitrio noſtro, & in ſoſſidio della ſcommunica.

In oltre ordiniamo ancora, & commandiamo, che ciaſcuno Eccleſiaſtico tanto à noi ſoggietto, quanto foraſtiere, & habitante in detta Città di Pauia, & ſua Dioceſi, & tanto in ſacris, quanto di prima tonſura, & ordini minori, debba doppò la detta publicatione portare la Veſte Clericale longa vſq; ad thalos, che non ſia però di ſeta, ſi come ne anco le maniche, & con Chierica conueniente al ſuo ordine del continuo, con leuarſi i zuffi rizzi, & barbiſi longhi, & colari lauorati, & indecenti à per-

ſona Eccleſiaſtica, calcette di colore prohibito, & ligazzi con oro, & portare la berretta da Prete, eccettuando ne tempi, ne quali per neceſſità conuiene, & ſi è aſtretto portare il Capello, & anco ſeruire alla Chieſa aſſignatala, & preſentarſi ogni trè meſi auanti di Noi con eſſebirci fede della ſeruitù fatta alla Chieſa, & d'eſſerſi confeſſato, & communicato almeno vna volta in ciaſcun meſe, intendendo circa il ſeruire alle Chieſe aſſignate, & preſentarſi à Noi, non comprendere ſe non quelli, che à Noi ſono ſoggeti, & detta fede conſegnarla al detto noſtro Notaro, & Cancelliere per conto delli habitanti in queſta Città, & ſuoi Borghi, & li foreſi in mani delli Reuer. Vicarij loro Foranei, ſotto pena de ſcuti 25. d'oro per ciaſcuno d'applicarſi come ſopra, & d'inhabilità alli altri ordini, & di più per riſpetto de quelli di prima Tonſura, & ordini minori della priuatione dell'habito, & del priuilegio del foro Eccleſiaſtico ipſo iure, & facto, da incorrerſi ſenz'altra dichiaratione, ſe coſi à Noi parerà.

Di più ſotto la pena de ſcudi 25. & anco maggior all'arbitrio noſtro, & inhabilità come ſopra & ancora di pena d'Eſſilio per anni cinque dalla Città, & Dioceſi di Pauia, ordiniamo, & commandiamo à qualonque Eccleſiaſtico à noi ſoggieto sì nella Città, come nella Dioceſi ſudetta di Pauia, & anco foraſtiere habitante nella medema Città, & Dioceſi, che non poſſa, nè debba portare in qual ſi voglia modo archibuggio da ruota, tanto longhi, quanto corti, detti volgarmente piſtole, ſotto qual ſi voglia preteſto, ne meno retenergli nelle loro caſe, ne in oltre recettare banditi, & contumaci della Corte ſecolare nelle Chieſe, & Caſe loro, ſotto la medema pena de ſcuti 25. & occorrendo detti tali retirarſi nelle Chieſe, & Oratorij de Battuti, li Priori d'eſſi debbano ſubito darne notitia à Noi, ò al Vicario noſtro Generale, ſotto pena della priuatione dell'officio, & di ſcommunica in ſoſſidio.

Di più inherendo come ſopra, ordiniamo, & commandiamo ancora, che niuno à Noi ſoggetto, & anco qualonque Eccleſiaſtico foraſtiere habitante vt ſupra, ardiſca portare qual ſi voglia altra ſorte d'armi, & maſſime prohibite ſotto pena à Noi arbitraria. Auuertendo che per l'eſſecutione delle ſodette pene in caſo di contrauentione ſi procederà con ogni rigore contro tutti li transgreſſori.

Et acciò, che niuno poſſa allegare cauſa alcuna d'ignoranza d'eſſi Ordini, ordiniamo che s'affighino alli luoghi ſoliti, per la qual affiſſione vogliamo, che ciaſcuno di loro ſia talmente aſtretto, & obligato, come ſe li foſſero perſonalmente intimati, & in fede &c. Dat. nel Veſcouato noſtro di Pauia, il dì 16. Maggio. 1609.

Io. Bapt. Epiſc. Papien. & Comes.

Io. Bapt. Beccarius Not. Act. ſubſcr.

EDITTO

GIO. BATTISTA BIGLIA PER L'IDDIO Gratia, & della Santa Sede Apoſtolica Veſcouo di Pauia, & Conte, &c.

ESSENDO *Noi tenuti per debito del noſtro Paſtorale officio d'inuigilare continuamente ſopra la gregge da Dio commeſſaci; ma maggiormente ancora d'hauer cura particolare delli Monaſteri di Monache, acciò l'inimico dell'humana generatione per mezo di perſone poco timorate di ſua Diuina Maeſtà in quelli, ne meno nelle perſone, che in eſſi dimorano già dedicate al ſeruitio di Dio, & fatte ſpoſe di N.S. GIESV CHRISTO, non v'habbi parte alcuna; Per tanto inherendo ſempre alli*

Decreti,

Decreti, & dichiarationi della ſacra Congregatione, & alli Decreti, & Ordini de' noſtri Anteceſſori, & del Reuerendiſſimo Viſitator Apoſtolico altre volte in ſimil materia fatti, & publicati. Ordiniamo, & eſpreſſamente commandiamo per tenore del preſente noſtro Editto, che niuna perſona Eccleſiaſtica, sì ſecolare, come regolare di qual ſi voglia ordine, & anco layca di qual ſi voglia ſtato, dignità, grado, ſeſſo, & conditione, ardiſca, ne in conto alcuno preſuma, da hoggi auanti, ſotto qual ſi voglia colore, cauſa, ne conditione d'andare ad alcuno de Monaſteri di Monache della preſente Città di Pauia, & Dioceſi, ſenza noſtra ſpecial licenza in ſcritto, ouero di Monſignor Vicario noſtro Generale, & queſto ſotto pena per la prima volta alli Eccleſiaſtici, & Regolari de ſcuti cinquanta d'oro, & in ſoſſidio della Scommunica, & alli Laici de ſcuti vinticinque, & per la ſeconda de ſcuti cinquanta alli Laici, & alli Eccleſiaſtici, & Regolari de ſcuti cento, & maggiore all'arbitrio noſtro, & in ſoſſidio della raggione della Scommunica (eccettuando però li Padri, e Madre, Fratelli, e Sorelle delle dette Monache, à quali ſia lecito di parlar ſolamente con le figliuole, & ſorelle loro, reſpettiuamente refferendo, & altre perſone di già da Noi, ò dal detto noſtro Vicario Generale approbate, & admeſſe di poter andare à detti Monaſterij per neceſſità, & biſogni d'eſſi) Volendo in oltre che l'Abbadeſſa, ò Priora, la quale comportarà che alcuna delle Monache parli con qualche perſona, che prima non moſtri la licenza che haurà in ſcritto da Noi, ò dal detto noſtro Vicario Generale di poter parlare con quella Monaca con la quale chiederà di voler parlare, ò ſarà trouato à ciò fare, incorra la ſuſpenſione dell'officio per meſi ſei. Et quella Monaca quale haurà hauuto ardire di parlar con qualch'vno ſenza la detta licenza, & interueneto

uento delle aſcoltatrici incorra lei ancora nella pena della priuatione del vello per altri meſi ſei, & in fede &c. Dat. nel Palazzo noſtro Epiſcopale di Pauia, il dì 9. Luglio, 1609.

Io. Bapt. Bilius Epiſc. Papien.

Io Bapt. Beccarius Not. & Vicecanc. ſubſ.

EDICTVM

IOANNES BAPTISTA BILIVS, DEI, Ac Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Papiæ, ac Comes, &c.

CVM muneris noſtri ſit diligenter inuigilare, ac perquirere, an vnuſquiſq; in ſibi demandata Prouincia munus ſuum ſubeat, maximè circa ea, quæ cultum Diuinum reſpiciunt. Iccirco tenore præſentium præcipiendo mandamus RR. DD. Præpoſitis, Archipræsbyteris, Rectoribus, ac aliis Curam animarum gerentibus, tam in præſenti noſtra Ciuitate, quàm in illius Diœceſi, ac alijs quibuſcunq; quibus infraſcriptum onus incumbit, quatenus ſub pœna ſcutorum decem auri pro ſingulo eorum in pios vſus arbitrio noſtro conuertenda, & etiam excommunicationis in ſubſidium, velint ac debeant termino menſis proximè futuri, in manibus noſtris, vel Vicarij noſtri Generalis detuliſſe omnes, ac quaſcunq; omiſſiones Miſſarum in eorum Eccleſijs reſpectiuè factas per quoſcunq; ab annis decem citra ad effectum, &c. Et in futurum ſub dictis pœnis velint, ac debeant integrè, ac fideliter notulam quarumcunq; omiſſionum dictarum Miſſarum de ſemeſtre in ſemeſtre, prout ſupra detuliſſe.

Inſuper etiam præcipiendo mandamus ſub eiſdemmet pœnis, quate-

quatenus infra dictum terminum menſis proximè futuri nos, vel Vicarium noſtrum moueant, an in eorum Eccleſijs reſpectiuè refferendo exequantur legata, ac alia pia relicta per deffunctos pro animarum ſuarum ſalute, ac ſuffragio, per eorum hæredes, ac executores, cum vellimus, in quantum poſſumus, præfatorum deffunctorum diſpoſitionibus ſalubriter prouidere; ac ſaluti eorum, qui ad id, tum ex teſtamentis, tum quauis alia diſpoſitione tenentur.

Vlterius præcipiendo mandamus prædictis Reuer. Præpoſitis, ac alijs Curam animarum gerentibus, vel reſidentiam habentibus, tam in præſenti noſtra Ciuitate, quam illius Diœceſi, ne recedant, nec recedere quouis modo audeant ab illorum Eccleſijs, & ab illis abeſſe ſine Noſtra, vel prædicti Vicarij noſtri licentia, vltra id, quod ex ordinibus Reuerendiſſimi Viſitatoris Apoſtolici cautum eſt, & hoc ſub iam dicta pœna toties committenda, quoties, &c. Mandantes præſentes affigi in valuis Cathedralis noſtræ Papiæ, ac omnium aliarum Eccleſiarum prædictæ Ciuitatis, ac Diœceſis, vt ad omnium notitiam deuenire poſſit. In quorum fidem, &c. Actum Papiæ in Epiſcopali noſtro Palatio die vndecima menſis Martij, Anno à virgineo partu currente milleſimo ſexceteſimo decimo.

Io. Bapt. Bilius Epiſc. Papien. &c.

Iulius Cæſar Madius Not. ac Cancell. &c.

Laus Deo.

Examinatores in Diœceſana Synodo Papienſi propoſiti, & electi Anno 1612.

RR. DD. *Angelus Michael Marotius Coad. D. Archid.*

Federicus Pelizonus Cantor.

Io. Petrus Blauius, & / *Rodobaldus Parinus* } omnes Sacr. Theol. & V. I. D. Protonot. Apoſt. ac Canonici Eccl. Cath.

Antonius Sottus Coad. D. Præpoſiti Colleg. & Inſignis Eccleſiæ S. Michaelis Maioris.

Fabritius Berretta Protonot. Apoſt. Colleg. S. Mariæ Canonicæ Peronæ Præpoſitus.

Andreas Orlandus Præpoſ. Colleg. S. Pantaleonis.

Ludouicus Somaſchus Præpoſ. Colleg. S. Iuuentij, at Curiæ Epiſcopalis Aduotatus Fiſcalis.

Petrus Antonius de Lazarijs Coad. D. Præpoſiti Colleg. S. Mariæ Gualterij, &

Franciſcus Spelta Rector S. Laurentij.

Iudices in Synodo Diœceſana Papienſi propoſiti, & electi Anno 1612.

RR. DD. *Federicus Pelizonus Cantor.*

Iulius Cæſar Leuera Decanus.

Io. Petrus Blauius, & / *Rodobaldus Parinus* } ambo Sacr. Theol. ac V. I. D. Protonot. Apoſt. & Canonici Eccl. Cath.

Fabritius Berretta Protonot. Apoſt. Colleg. S. Mariæ Canonicæ Peronæ Præpoſitus.

Ludouicus Somaſchus Præpoſ. Colleg. S. Iuuentij, ac Curiæ Epiſcopalis Aduocatus Fiſcalis, &

Camillus Friggius I. C. & Protonot. Apoſt.

Promo-

Promotor Synodi.

R. D. Ludouicus Somaſcus Præpoſitus Collegiatæ Eccleſiæ S. Iuuentij Aduocatus Fiſcalis Curiæ Epiſcopalis.

Secretarius.

R. D. Cæſar Ferrarius Præpoſit. Colleg. Eccl. S. Ioan. in Burgo.

Teſtes Synodales pro Ciuitate.

RR. DD. Fabritius Berreta Præpoſitus Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ Peronæ.

Andreas Orlandus Præpoſ. Colleg. Eccleſ. S. Pantaleonis.

Cæſar Ferrarius Præpoſ. Colleg. Eccleſ. S. Ioan. in Burgo, &

Camillus Friggius Protonotarius Apoſtolicus.

Pro Dioceſi, videlicet.

In Vicariatu Plebis Cayri.

R. D. Io. Iacobus Collus Præpoſitus Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ de Conſolatione Plebis Cayri, &

R. D. Io. Iacobus de Murris Quatrini Præpoſitus Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ Maioris Lumelli.

In Vicariatu Gambolati.

R. D. Bartholomæus Araldus Præpoſitus Collegiatæ Eccleſiæ S. Euſebij Gambolati.

In Vicariatu Valentiæ, & Baſſignanæ.

R. D. Io. Paſſarinus Archipresbiter Petræ Maratiorum.

In Vicariatu Terrarum Glareæ Abduæ.

R. D. Antonius Pizocherus Archipresbiter SS. Naboris, & Fœlicis loci Puſtini.

In Vicariatu Terrarum Vallis Nuriæ.

R. D. *Ioannes de Rubeis Archipresbiter Riuigotij.*

In Campaneis.

R. D. *Octauius Annellus Rector S. Quirici Landriani.*

In Vicariatibus Stratellæ, & Caſtelleti.

R. D. *Io. Baptiſta Araldus Rector Stratellæ.*

In Vicariatu Terrarum in Dominio Aſtenſi.

R. D. *Io. Antonius Iacberius Rector Caloceri.*

In Vicariatibus Durnæ, Grupelli, & Sicomarij.

R. D. *Aleſſander Moneta Rector Grupelli, &*

R. D. *Vincentius Graſsus Rector Mezzani.*

Magiſter Cœremoniarum.

R. D. *Franciſcus Bernardinus Rouarinus Capellanus Eccleſiæ Cathedralis.*

Notarius, ſeu Cancellarius.

D. *Io. Baptiſta Beccarius Cancellarius dictæ Curiæ.*

Io. Baptiſta Beccarius Not. & Cancell. qui ſupra de præmiſsis omnibus rogatus ſubſcripſit.

VA1 1528421

TABVLA CAPITVM Conſtitutionum Synodalium Papien.

PARS PRIMA.

Cap. 1. SCOPVS, & finis clericalis profeſſionis. ag. 1

Cap. 2. De tonſura ſeu clerica. pag. 3

Cap. 3. De barba, vel coma non nutrienda. pag. 5

Cap. 4. Quod clerici arma non portent. pag. 6

Cap. 5. De non eundo de nocte. pag. 8

Cap. 6. De clericorum veſtitu, & ornatu. pag. 10

Cap. 7. Decretum Tridentini Synodi. pag. 12

Cap. 8. Contra Luſores. pag. 14

Cap. 9. Contra eos clericos, qui incedunt perſonati. pag. 14

Cap. 10. Contra abutentes habitu Religioſorum. pag. 15

Cap. 11. Ne clerici cohabitent fœminis ſuſpectis. pag. 16

Cap. 12. Decretum Synodi Tridentinæ. pag. 18

Cap. 13.& 14. Clericorum filios, nec in eadem domo cum parentibus alendos, nec in eadem Eccleſia miniſtrare debere. pag. 20

Cap. 15. De pœna ſimplicis fornicationis. pag. 22

Cap. 16. Contra accedentes ad Monaſteria Monialium, & Sacrilegium committentes. pag. 23

Cap. 17.& 18. Virgines non cogendas Monaſteria ingredi, nec impediendas ab ingreſſu. pag. 25

Cap. 19. Contra eos, qui in Ludricis abutuntur Sacræ ſcripturæ locis, auctoritatibus, & teſtimonijs. pag. 26

Cap. 20. Contra non dicentes officium. pag. 27

Cap. 21. Contra omnes flagitioſos in genere. pag. 28

Cap. 22. & 23. Concluſio primæ partis. pag. 30

PARS SECVNDA.

Cap. 1. SACERDOTES oportere prius vitia deteſtari, vt eorum orationes Deo ſint gratæ. pag. 32

Cap. 2. De modo celebrandi Diuinum Officium. pag. 34

Cap. 3. De libro notulæ. pag. 38

Cap. 4. De Canonicis Cathedralis Eccleſiæ. pag. 40

Cap. 5. De Miſſa. pag. 42

Cap. 6. Decretum de obſeruandis, vel euitandis in celebratione Miſſæ. pag. 41

Cap. 7. Alios etiam laudabiles ritus in diuinis eſſe ſeruandos. pag. 42

Cap. 8. In Sacerdotio conſtitutos frequenter celebrare debere. pag. 43
Cap. 9. Ne tempore diuinorum officiorũ in eccleſia deambuletur. pag. 43
Cap. 10. Quod templa tantum tempore Diuinorum officiorum aperiantur. pag. 43
Cap. 11. De clericorum ſtudio, & libris. pag. 44
Cap. 12. De calendario, ſeu tabula officij recitandi conficienda, quam omnes ſequantur. pag. 49
Rubr. De commemoratione D. Syri, & aliorum Ticinenſium Epiſcoporum feſtis celebrandis. pag. 49
Cap. 13. Vt Miſſa, & lectiones præuideantur. pag. 51
Cap. 14. De altarium apparatu. pag. 53
Cap. 15. De præparandis alijs Sacrificio Miſſæ opportunis. pag. 55
Cap. 16. De Calice. pag. 55
Cap. 17. Quod non celebretur niſi in Eccleſijs Conſecratis, aut Oratorijs viſitatis, & approbatis. pag. 56
Cap. 18. Neminem ad celebrandum admitti oportere, qui prius legitimas Bullas non oſtenderit. pag. 57
Cap. 19. Decretum Synodi Tridentinæ. pag. 58
Cap. 20. De eccleſiarum reparatione. pag. 58
Cap. 21. De clericatibus non habentibus aliquod onus. pag. 59
Cap. 22. De Canonicis non habentibus onus perſonaliter reſidēdi. pag. 60
Cap. 23. De clericis nulli certæ Eccleſiæ addictis, ſeu peregrinis. pag. 61
Cap. 24. Ne fiant de nouo depoſita in eccleſijs. pag. 62
Cap. 25. Ne fiant monumenta in eccleſijs inconſulto Epiſcopo. pag. 62
Cap. 26. De cœmiterijs clauſura, circundandis. pag. 63
Cap. 27. Mundicies interna celebraturo neceſſaria. pag. 65
Cap. 28. De clericis alendis ad eccleſiarum ſeruitia. pag. 67
Cap. 29. Quod omnes exequantur onera de celebrando. pag. 68
Cap. 30. Pœna omiſſionis Miſſarum. pag. 69
Cap. 31. Quod in ſolemnitatibus eccleſiæ omnes in ea beneficia habentes, aut in ea ſeruientes teneantur intereſſe in Diuinis. pag. 71
Cap. 32. Non inuitandos ad funera niſi deſeruientes eccleſijs. pag. 73
Cap. 33. Non reſidentes perſonaliter bis in anno deferendos ad tribunal Reuerendiſs. Epiſcopi. pag. 73
Cap. 34. 35. & 36. Superſtitiones, & turpe lucrum vitandum in celebrandis Miſſis. pag. 75
Cap. 37. De Miſſis nouis non celebrandis abſq; licentia, & abuſibus in eis vitandis. pag. 79
Cap. 38. De Supplicationibus. pag. 80
Cap. 39. De Quadrageſima. pag. 82
Cap. 40. De delectu ciborum, ieiunijs, & diebus feſtis. pag. 83
Cap. 41. De manifeſtandis hæreticis. pag. 84
Cap. 42. De annunciandis vigilijs, & feſtis in diebus Dominicis. pag. 85

PARS

Cap. 1. HORTATIO ad Parochos vt offitio ſuo ſatisfacere ſtudeant. pag. 86
Cap. 2. Admonendus populus de efficacia Sacramentorum iuxta præſcriptam formam Concilij Tridentini. pag. 89
cap. 3. Pro confutandis modernis hæreſibus ſæpe legenda dogmata Concilij Tridentini de Sacramentis. pag. 91
cap. 4. Oportere Sacerdotes non eſſe ſegnes in miniſtrando Baptiſmum. pag. 91
cap. 5. Quæ neceſſaria in Baptiſmo. pag. 92
cap. 6. Vbi, & quando conferendum eſt baptiſma. pag. 93
cap. 7. Cautiones quædam deobſeruandis in baptiſmate. pag. 95
cap. 8. Quod ij infantes Baptizandi, quos non conſtat liquido fuiſſe baptizatos. pag. 97
cap. 9. Tenendum librum in qualibet Parochia, in quo deſcribantur diligenter nomina omnium baptizatorum. pag. 98
cap. 10. Quæ poſt baptiſmum à Parocho facienda. pag. 99
cap. 11. Expedire compatres honeſtæ vitæ eſſe. pag. 101
cap. 12. Edictum contra tenentes infantes in lecto. pag. 102
cap. 13. De Sacramento Confirmationis. pag. 103
cap. 14. De Pœnitentiæ Sacramento. pag. 105
cap. 15. & 16. Nulli Sacerdoti Sæculari, vel regulari licere audire Confeſſiones, niſi prius examinatus, & approbatus fuerit. pag. 106
cap. 17. & 18. Populus frequenter hortandus ad pœnitentiam. pag. 109
cap. 19. Denuntiandos publicè pro excommunicatis non confitentes, vel non communicantes temporibus ab Eccleſia Statutis. pag. 112
cap. 20. Forma ſeruanda in abſolutione eorum, qui publicati fuerunt excommunicati. pag. 116
cap. 21. Conditiones veræ confeſſionis. pag. 117
cap. 22. Forma abſolutionis ordinaria. pag. 118
cap. 23. Quid poſt confeſſionem cum pœnitente agendum. pag. 119
cap. 24. Quo loco, & tempore confeſſiones audiendæ. pag. 121
cap. 25. De Sacramento Euchariſtiæ. pag. 122
cap. 26. De cuſtodia Sacramenti. pag. 123
cap. 27. De Matrimonio. pag. 126
cap. 28. Decreta de reformatione Matrimonij. pag. 126
cap. 29. Pro vitandis erroribus in matrimonio legendam doctrinam Concilij. pag. 134
cap. 30. Aduerſus contrahentes matrimonium non ſeruata Concilij forma, & de tollendis abuſibus in ſolemnizando matrimonio. pag. 135
cap. 31. De Sacramento ordinis. pag. 136
cap. 32. Edictum contra non promotos ad ordines ſacros, quos eorum beneficia requirunt. pag. 146
cap. 33. De Sacramento extremæ Vnctionis. pag. 147

cap. 34. Pœna impedientis Sacerdotes, vel notarios ire ad infirmos. pag.149
cap. 35. Manifeſtè criminoſos non ſepeliendos in loco ſacro, niſi ſatisfaciant. pag.149
cap. 36. & 37. Statutum pro ægrotis, & medicis. pag.151
cap. 38. Neceſſariam eſſe diuini verbi prædicationem. pag.153
cap. 39. Decretum de modo prædicandi verbi Diuini. pag.153
cap. 40. In Oratorijs non celebrandum tempore Parochialis Miſſæ, ſeu prædicationis. pag.154

PARS QVARTA.

cap. 1. NVLLI Sacerdoti licere curam ſuſcipere alicuius Oppidi abſq; ſcientia, & permiſſione Epiſcopi, ſeu eius Vicarij, & quomodo conducendi mercenarij à villis. pag.156
cap. 2. De hoſpitalitate In locis pijs ſeruanda. pag.157
cap. 3. Inuentaria de omnibus bonis eccleſiaſticis eſſe conficienda. pag.159
cap. 4. & 5. De rebus eccleſiæ non alienandis. pag.161
cap. 6. Contra vſurpantes, vel detinentes bona, ſcripturas, vel iura Eccleſiaſtica. pag.163
cap. 7. & 8. De decimis. pag.164
cap. 9. Decretum contra vſurpatores rerum eccleſiaſticarum. pag.166
cap. 10. De legatis ad pias cauſas à notarijs manifeſtandis. pag.167
cap. 11. Quod omnes adminiſtratores rerum eccleſiaſticarum rationem reddere teneantur adminiſtrationis. pag.168
cap. 12. 13. & 14. De parochijs annexis Regularibus. pag.169
cap. 15. De Quæſtoribus. pag.171
cap. 16. Beneficiati titulos oſtendant. pag.172
cap. 17. De diſpenſationibus oſtendendis. pag.173
cap. 18. Vniones à certo tempore citra factæ producantur. pag.174
cap. 19. Contra impedientes officiales Epiſcopatus, vel verbis, aut factis iniuriantes. pag.174
cap. 20. & 21. De libertate Eccleſiaſtica defendenda. pag.175
cap. 22. 23. & 24. De iurepatronatus. pag.177
cap. 25. De iudicijs. pag.182
cap. 26. Quæ cauſæ ſummariè, & ſine ſcripis cognoſcendæ ſint. pag.182
cap. 27. De accuſationibus. pag.183
cap. 28. De fide inſtrumentorum, & actorum. pag.183
Rubr. De iudiciali foro decretum Viſitatoris Apoſtolici. pag.184
Rubr. Taxa honorarij Ill. & M. Reu. D. Vicarij. pag.187
Rubr. Taxa honorarij M. Reu. Aduocati Fiſcalis. pag.192
Rubr. Datum, ſeu tabula eius, quod conceditur exigi poſſe, à Cancellaria Epiſcopali in cauſis Ciuilibus. pag.194
Et in criminalibus. pag.206
Rubr. De mercede nuntij. pag.210
Rubr. De mercede cuſtodis. pag.211
cap. 29. De pœnis. pag.214
cap. 30. De Conſtitutionibus, & de illarum interpretatione, & diſpenſa-

diſcenſatione. pag.215
cap. 31. Qui Conſtitutiones habere, & legere teneantur. pag.216
cap. 32. & 33. De blaſphemia. pag.216
cap. 34. De Maghis, Incantatoribus, Sortilegis &c. pag.222
cap. 35. Modus conuocandi Capituli in Cathedrali, & Collegiatis Eccleſijs. pag.223
cap. 36. Prohibentur vigiliæ, & repreſentationes paſſionis Chriſti, aut Sanctorum. pag.225
cap. 37. De ſequeſtris. pag.226
cap. 38. De Ludimagiſtris, & Pedagogis. pag.227
cap. 39. & 40. De excommunicatione. pag.228
Rubr. Secundæ Conſtitutiones Illuſtriſs. Cardinalis Rubei, cum Additionibus, &c. pag.238

TABVLA NOVARVM CONSTITVTIONVM,

Cap. 1. DE Doctrina Chriſtiana. pag.247
Cap. 2. Contra Concubinarios. pag.251
Cap. 3. De Oratorijs Campeſtribus. pag.252
cap. 4. De Exorciſtis. pag.253
cap. 5. Quod per Parochos gratis fiant fides adminiſtrationum Sacramentorum. pag.254
cap. 6. Quod Parochi teneantur habitare in ædibus Parochialibus. pag.254
cap. 7. Quod Beneficiati interſint concionibus. pag.255
cap. 8. De funeribus, & exequijs Defunctorum. pag.256
cap. 9. Quod Clerici non accedant ad tabernas. pag.261
cap. 10. Ne Clerici Sæcularibus, aut Sæcularium negotijs ſe immiſceant. pag.262
cap. 11. De Diſciplinatorum Scholis. pag.264
cap. 12. Quod fiant Congregationes per Diœceſim. pag.267
Rubr. Ne quis clericalem habitum ſine Epiſcopi licentia inſcriptis aſſumat. pag.268
Edicta pag. 269. cum ſequent.

FINIS.

Papiæ, ex Typographia Petri Bartoli
Impreſſoris Epiſcopalis.

Digitized by Google

[redacted]

[redacted]

16